ſenſus eſt. a Euangelij in ſe dicta diſponere.i.ſm
ea mores informare ſuos. b In ſe.i.in vita ſua legis ſim/
plicit intellecte. c Et diſciplinā i ſe legis agnoſcere
.i.obſeruare. d Et diuinā i carne dñi itelligere na/
turā.i.itelligere ⁊ credere duas naturas i chriſto. e Que

a b euangelij in ſe dicta diſpo/
c nere: et diſciplinam in ſe legiſ
d agnoſcere: et diuinā in carne
e dñi intelligere naturaꝫ. Que
i nos primū oportet requiri:
f dehinc inquiſita volumꝰ ag/
g h noſci/habentes mercedē ex/
i hortationis: quoniam ꝗ plan
k l tat et qui rigat vnum ſunt: ꝗ
m aūte incremētū preſtat/deꝰ ē.

Explicit prologus.

## Incipit euangelium ſm Marcū. Capitulum I

n o [I]Nitiū euan
p q r s gelij ieſu chriſti filij dei/ſic ſcri
ptū eſt i eſaia ꝓpha. Ecce mit
to angelū meū ante faciē tuā:
t qui ꝑparabit viam tuā ante
v x y z te. Vox clamātis in deſerto:
a Parate viam dñi: rectas fa/
cite ſemitas eius. Fuit iohan
b c nes in deſerto baptiçans et
d predicans baptiſmū peniten
tie in remiſſionē peccatorum.
Et egrediebat ad illū omnis
iudee regio: ⁊ hieroſolymite
vniuerſi: ⁊ baptiçabant/ab il
e lo i iordanis flumine/confi/
f tentes peccata ſua. Et erat io
hannes veſtitus pilis came/

in nos: ſtudiū eius
fuit hec omia ſcire:
que ⁊ in nos ⁊c.
in eum: vt ꝑus faci/
amus opa bona ꝗ̄
doceamꝰ. f Vo/
lumus: id eſt velle
debemus/agnoſci
ab alijs per nos: vt
qui audit dicat veni.
g Habētes mer
Cori.3.b. cedem/ſi alijs pre/
dicauerimꝰ libenter.
j. Cori.ix.c. Si au/
tem volens hoc ago
mercedem habeo.
Hec merces ē aureo
la: que ꝑdicatori de
betur. h Exhor/
A tationis.i. miniſte
rij ⁊ laboris quē ex/
ercemꝰ exhortādo:
cure.ſ.non curationis: quia ſolus dñs dat gratiam curando.
i Nā qui plātat.i.ꝑdicat. k Et ꝗ rigat.i.baptiçat.
l Vnū ſunt.i.in h indifferētes: qꝛ neuter grām preſtat ſed
vterqꝫ miſtrat. m Qui aūt icremētū ꝑſtat/grē i ꝑſenti
et glīe i futuro/deꝰ ē. Hieroꝰ in iſta Glo. Marcū pene in/
tactū ⁊c. ponit canones euangelioꝝ. De h Iſidorꝰ ſexto ety/
mologiarū. Ammoniꝰ alexādrie epūs ꝑmꝰ excogitauit: quē
poſtea Euſebiꝰ ceſarieñſis ſecutꝰ pleniꝰ explanauit. Eſt aūt ca
non regularis collectio: qbus cōmunit omnes vel aliq euāge
liſtaꝝ ꝯueniūt: ꝓpriū ſingulorꝝ minꝰ ꝓprie dicit canon: qꝛ ca/
non eſt regularis collectio capituloꝝ. Secūdo dicitur ꝓprie
pluriū in aliquo ꝯueniētia. Sic aūt ordinant canones. Pri/
mus eſt in quo quattuor ꝯueniūt.ſ.mattheus/marcus/lucas
iohannes. In ſecundo tres.ſ.mattheus/marcus/ lucas. In
tertio tres: mattheus/ lucas/ iohānes. In quarto tres: mat/
theus/marcus/iohannes. In quinto duo: mattheꝰ/lucas. In
ſexto duo.ſ.mattheus/marcus. In ſeptimo duo: mattheus/
iohannes. In octauo duo: marcus/ et lucas. In nono duo
lucas/et iohannes. In decimo ꝗlibet ſolus. Marcus/lucas
iohānes/nullum ternariū faciunt. Marcus iohānes nullum
binarium. Vnde verſus. Eſt quattuor primus: primis tribꝰ
alter opimus. Marce tribus terno/luca canone cede quater/
no. Quinto vir mugit: ſexto vir canone rugit. Septimꝰ ē vir
auis/octauus bos leo mauis. Bos volat in nono: decimo
ſua cuiqꝫ repono.

Explicit expoſitio prologi ſancti Hieronymi.

## Reuerēdiſſimi in chriſto patris ⁊ dñi: dñi Hugonis ⁊c. Cardinalis Poſtilla ſuper euangeliū ſm Marcum incipit. Expoſitio Capituli I

[I]Nitiū euāgelij ⁊c. Diuidit h capitulū
in duas ptes. Prima ps agit de ꝑcurſore
chriſti. Secūda de chriſto. In pma pte cō
mendat iohānes ꝑ ꝓphetiā de eo ꝑnūcia/
tam. Scdo ꝑ opa: ibi: Fuit iohānes ⁊c.
Tertio ꝑ victū ⁊ veſtitū: ibi: Et erat io/
hannes. Quarto ꝑ humilitatē ſue ꝓfeſſionis: ibi: Venit
fortior. Marcus in h libro vt opi ſuo grām ꝑberet ⁊ aucto
ritatē/premittit teſtimonia ꝓpharū: ⁊ illa doctrina euāgelica
nō eſt vana. n Initiū euāgelij.i.ꝯſecratio vel confirma
tio. Exo.xxix.b. Poſtqꝫ initiauerit ⁊c. o Euāgelij. Euā/
geliū bona annūciatio dicit: qđ ꝓprie ad regnū dei ⁊ remiſſio
nē pctōꝝ ꝑtinet. Vñ. Penitemini ⁊ credite euāgelio: ⁊ appro/ j.co.b.
pinqbit regnū celoꝝ. n Initiū: Hoc ē: ibi eſt: Fuit iohā/
nes. p Ieſu. Glo. Hiero. Ieſus hebraice: ſoter grece: ſal
uator latine. q Chriſti. Glo. Hiero. Chriſtꝰ grece: meſſi/
as hebraice: et vnctꝰ latine.i. rex ⁊ ſacerdos dī de genere da/
uid regis ⁊ leuitico.

r In eſaia. Excla
mat porphyriꝰ he/
reticus/ꝗ veritas nō Malach.3.a.
ſubeſt euāgeliſtis/cū Matth.11.b.
marcus dicat hāc au Luc.7.d.
ctoritatē eſſe eſaie ꝗ
eſt malachie. Sꝫ ſo/ Eſa.4.a.
lutio duplex: qꝛ eſai/ Matth.3.a.
as idē dicit/licet alijs Ioh.1.c.
verbis: et etiā eiſdē
ab h loco: Vox cla/
mantis ⁊c. Secūda
qꝛ oēs ꝓphete idem Matth.3.b.
dixerūt licet vnꝰ ex/ Luc.3.a.
preſſe ⁊ aliꝰ implici/ Ioh.3.c.
te. Hieroꝰ tñ dic ſu/
per Ps. hoc ex vi/ Al. fiordane
tio ſcriptoris accidiſ
ſe. Ponunt aūt hec Matth.3.a.
duo teſtimonia ꝓpt
iudeos: ne dicāt euā
geliū eſſe nouā adinuētionē. Et ꝓpt gentiles/ne putēt vetꝰte
ſtamentū reprobatū eſſe. s Ecce mitto āgelū.j.Cori.
xi.b. Mulier velet caput ſuū ꝓpt angelos. Malach.ij.b. An
gelus eni dñi ē. t Qui ꝑparabit viā. Eſa.xxx.c. Hec ē
via. v Vox clamātis i deſerto.i. vox excitātis a ſomno
infidelitatis/arguentis de malicia manifeſta/inuitātis ad verbū
audiēdū. Vox. Vox trāſit ſicut iohānes: verbū manet ſicut
chriſtꝰ. Hec vox ꝗſi naturalit chriſtū ſignificauit/cū exulta/
uit i vtero obuiā ei. Itē generalit: Parate viā dñi. Itē ſpeci/
alit: Ecce agnꝰ dei. Itē diſcrete. Hic ē ꝗ baptiçat/digito ſuo
ipſū oſtēdēs. Augꝰ. Vox. Itē duo vba mediū aie incorpale
et oris corpale: ſic iohānes venit int natiuitatē chriſti diuinā
⁊ humanā. Vox/ſicut legit in lib. Augꝰ. de ꝯſtitutiōibꝰ ec/
cleſie: et non elucet an ſub perſona ſua dicat hec euangeli/
ſta an ſub pſona iohānis baptiſte. Sed ſm Hiero. vba ſūt ip/
ſius euāgeliſte. Moralit. v Vox ꝑdicatoꝝ vocās ad
pniam vita ⁊ doctrina. x Clamātis i deſerto.i. pctōribꝰ
ꝑ ipſam vocē/qui longe ſūt ⁊ ſurdi ſūt: ⁊ ideo clamore idigēt.
y Parate/ in vobis. z Viā dñi.i. vitā ꝯiugatoꝝ/vi/
tam vgināū/vitā rectoꝝ pctā remouēdo. Hiere.l.d. Tollite d
via ⁊c. Prouerb.iiij.c. Via impioꝝ ⁊c. Viā dñi. Hieroꝰ.
Hec referunt ad ſtatꝰ eccleſie: via ad ſtatū pnie: ſemita ad ſta
tū iuſticie ꝗ eſt in ꝯſilijs: tertiꝰ erit glorie. a Rectas fa/
cite ſemitas eiꝰ.i. vitā religioſoꝝ/ ꝗ debet eē breuis/recta/
ſecura. Prouerb.iiij.c. Vie eiꝰ vie pulchre ⁊c. Ps. Vias tu Ps.24.
as ⁊c. b In deſerto. Deſertū dr iudea. Matth. xxiij.d.
Relinquet vobis domꝰ vra deſerta. Oſee.iij.b. Dies mul/
tos ⁊c. Celū. Luc.xv.a. Relinqt nonagitanouem in deſerto.
Paradiſus treſtris a ꝗ ꝑmi parētes expulſi ſūt. Totꝰ mūdꝰ.
Cant.viij.b. Que ē iſta ⁊c y Parate. Parat via ab hoie
firmit credēdo: vl ad h ſe ꝑparādo/pctā abijciēdo: vbū dei libēt
audiēdo. a Rectas facite ⁊c. Rectas fac ſemitas/bñ vi/
uēdo: recta opa faciēdo: nō ꝑ terrenis ſeruiēdo: mores i me/
lius cōmutādo: ꝯſilia ſequēdo. c Baptiçās ⁊ ꝑdicās
baptiſmū pnie: ꝗ penitētia ē i relinquēdo pctm: vl i bapti/
çando dās baptiſmū pnie.i. baptiſmū ſuū ꝗ penitentibꝰ ſolis
dabat ⁊ iō baptiſmꝰ pnie dr. Vel/ d Baptiſmū pnie.i.
chriſti: ꝗ dr pnie. Vel ad lrām: qꝛ ſolis penitētibꝰ adultis pro
deſt hic. Vel pniam ꝑdicat per quam eſt reditus ab errore ⁊
poſt vitioꝝ pudorē deſinēdi ꝓfeſſio. e In iordanis flu
mine. Iordanis cōponit ex ior/qđ interpratur riuꝰ: ⁊ dan qđ
interpratur iudiciū: qꝛ in cōfeſſione debet eſſe riuꝰ lachrymarū
et iudicium ſacerdotis. f Et erat iohannes. Hic da/
tur forma ꝑdicatoribꝰ ne precioſis ſe induant. Iudic.viij.f.
o Fecit ex eo.ſ.auro

❡ Fecit ex eo .ſ. auro gedeon ephot / ⁊ poſuit illud in ciuitate ſua ephra ⁊c. Gedeon / circuiēs in vtero: hic ē p̄dicator / q̄ debet vē trem .i. debiles ⁊ īfirmos circuire. Ephot / ſuperindumētum. Ephra / videns. Exceſſus eni prelatoꝝ quaſi ī ꝓpatulo ſūt: Et factū eſt ei hoc in ruinam. Eſa. xx. c. Uade inquit dñs ad ꝓphetam: ſolue ſaccum de lumbis tuis.
Matth.3.c. In quo patet ꝙ eſai
Luc.3.c. as ſacco indut⁹ erat qui tñ nobiliſſimus erat. Et .iiij. Reg. .j.
Joh.1.d. b. dicit ò helia: Uir piloſus ⁊ accinctus çona pellicea. Et ait rex: Helias theſbites ē. Helias robuſtus dñator: theſbites / cōuertens. Qñ eni quis prelatū ſuū tā aſperā videt ducere vitā conuertit. Zach. xiij. b. In die illa confundet ⁊c. Qui eni paupertatē predicat / mentit niſi vt pauper induatur. Et .iiij. Reg. .vj. Si ex iſrael circūiens ⁊c. B. Pilos cameli deponis vt veſtias iohannē / debueras magis deponere gibbum. Et dicit hoc contra diuites qui pauperes veſtiunt ⁊ peccata non dimittūt. a ❡ Et çona pellicea. Humile q̄dē ē indiciū auſteritatis / non luxurie. iiij. Regū. j. b. Uir piloſus çona pellicea accinctus. Hiero⁹. Ad luxuriā mortificandā. Hilari⁹. Ad çone p̄cinctionē monet: vt ad omne miniſteriū voluntatis chriſti ſim⁹ accincti. b ❡ Circa lumbos eius. Luc. xij. c. Sint lumbi veſtri precincti ⁊c. c ❡ Et locuſtas ⁊ mel ſilueſtre edebat. Locuſte ſerras habent inter crura quib⁹ herbas ſecant: vnde ſerrate dicūtur: ⁊ capite amputato eſibiles fiunt: et cum rege careant bene ſe regūt. Que locuſte in lege nō erant ꝓhibite: Leuit. .xj. Hic datur p̄dicatorib⁹ in cibis forma. Hiero⁹. Nō refert ſeruo dei de ꝙ preciosis cibis ſtercora conficiant. Idem. Non
Ps.101. decet buccis rubentib⁹ ieiunia p̄dicare. Ps. Panem tanꝙ cinerē manducabā: id eſt nigrum ſicut cinerē. Ezech. iiij. c. Cibus tuus erit ⁊c. Ubi tria notat: Uilitatē cibi de faba: modicitatem in pondere: et caritatē de tempore ad tempus comede illud .ſ. ſemel in die. Similiter de potu innuit ibidem. Daniel. x. a. Panem deſiderabilē ⁊c. Eſa. xxx. c. Dabit tibi dñs panem ⁊c. Contra. Luc. x. b. Comedētes ⁊ bibentes q̄ apud illos ſunt. Preterea: omnis chriſti actio noſtra eſt inſtructio: Ipſe autem bona comedebat. Matth. xj. c. Uenit fili⁹ hominis mãducãs ⁊ bibēs ⁊c. Rñſio. Johānes peccatores inuitabit ad penitētiā / ⁊ ideo ſigna penitētie oſtendebat: Chriſt⁹ ꝟo et illi quos mittebat p̄ncipalit̄ inuitabant ad fidem: vnde ne terrerent̄ homines ex vite aſperitate omnia mãducabant. Predicatio ergo iohannis lamētatio erat: chriſti ꝟo cantus. Hilari⁹. Locuſte fugaces et in eſum electe / ſignificāt nos qui prius quaſi quibuſdam corpoꝝ ſaltibus efferebamur / voluntate vagi / operib⁹ inutiles / ab eſu queruli / ſediū pegrini: nunc autem ſumus ſanctoꝝ alimonia ⁊ ſocietas ꝓphetarū electi ſimul iſrael cum melle ſilueſtri: quia dulciſſimū cibum prebituri ſumus / non ex aducticijs legis: ſed ex verbis velut ex truncis ſilueſtrium arborum gentilitatis. Et erat iohannes.
Verſus Verſus. Baptiſte domus humilis / ſunt eſca locuſte. Pellis çona pili ſunt toga / potus aqua. Per hec quattuor circa iohannē diſtincta: id eſt pilos cameli / çonam pelliceā / locuſtas / ⁊ mel ſilueſtre: ſignificant̄ q̄ttuor genera hominū ad fidei gratiam venientiū .ſ. diuites / pauperes / ſapientes / ⁊ idiote. Propter iſtorū quattuor conuerſionē / dicitur quater reuertere: Cant. .vj. d. d ❡ Ueniet fortior. Luc. xj. c. Cū fortis armatus cuſtodit atrium ſuū ⁊c. Per iohannem ſignificatur hic gratia baptiſmi: per chriſtum gratia penitentie q̄ fortior dicitur: q̄ ſepe pctā dimittit: alia ſemel tm̄. e ❡ Poſt me. Johānes preceſſit naſcendo / baptiçando / p̄dicando / moriendo: ſed non reſurgendo. f ❡ Cui⁹ non ſum dign⁹ ꝓcumbens ſoluere corrigiam. Uenit ad nos calciata dei

a li et çona pellicea circā lum
b c bos eius: ⁊ locuſtas ⁊ mel ſil
ueſtre edebat: et predicabat
d e dicēs: Uēnit fortior me pōſt
f me: cuius non ſum dign⁹ pro
g cumbens ſoluere corrigiā cāl
h ciamentorum eius. Ego bāp
i tiçaui vos aqua: illē vero baptiçabit vos ſpirituſancto.

k Et fāctum eſt in diebus illis:
l venit ieſ⁹ ā naçareth galilee:
m et baptiçatus ēſt in iordāne a
iohanne. Et ſtatim aſcendēs
de aqua / vidit aptos celos: ⁊
ſpiritum tanꝙ colūbā deſcē
dētem ⁊ manentē in ipſo. Et
n vox facta eſt de celis: Tū es
o filius me⁹ dilect⁹ / in tē cōpla

tas / dicit auctoritas: ex qua videtur ꝙ deitas incarnata ſit: ⁊ ita ſi filius dei incarnatus fuit / videt̄ ꝙ inquātū eſt homo nō ſit: quid ergo: nec aliquid: qđ eſt ꝯtra Alexandrū. Reſponſio: ꝙ non eſt omnimoda ſimilitudo calciamenti ad humanitatem / ſed in hoc: quia ſicut calciamentum vel veſtis nō mutat hominem quē veſtit: ſed ab eo potius mutatur ſicut habitus: ſic humanitas non mutauit filium dei ſed poti⁹ ecōuerſo. Preterea ꝟo calciamētum fit de pelle mortui animalis: per qđ ſignificatur
mortalis caro quam Mtth.3.d.
chriſtus aſſumpſit. Luc.3.c.
g ❡ Calciamentorū ei⁹. Glo. Mos fuit apud veteres: vt ſi quis eam que ſibi competeret accipere vxorem nollet: ille ei calciamenta ſolueret qui ad hanc ſponſus iure ꝓpinq̄tatis veniret. h ❡ Baptiçaui vos aqua. Glo. Nondum iohānes dicit deū aut dei filium eſſe aperte: quia rudes erant auditores: ſed paulatim per glorificatā humanitatem / ad fidem deitatis ducit dicens: Ille vero vos baptiçabit ſpūſctō. Poſtea ꝟo cū capaciores iā videret / dei filiū aperte p̄dicat: dicēs: Teſtimoniū perhibui: q̄ hic ē fili⁹
Multiplex baptiſmus dei. i ❡ Ille vero baptiçabit vos ſpūſancto. Multiplex eſt baptiſmus. Lotio exterior. Eccl. xxxiiij. d. Qui baptiçatur a mortuo ⁊c. Chriſti paſſio. j. x. f. Poteſtis baptiçari baptiſmo quo ego baptiçor: Item exterior figuratiua ablutio. Joh. j. d. Ego baptiço ī aqua. Matth. vlt. d. Baptiçantes eos in noīe pr̄is ⁊c. Itē interior ſanctificatio. Joh. j. Hic eſt qui baptiçat ⁊c. Itē augmentum gratie. Act. .j. a. Uos autē baptiçabimini ſpūſancto. Eſt ⁊ alia littera: Uos autē genuit ſpirituſſanctus. Item perfecta purgatio. Luc. iij. c. Ipſe baptiçabit vos in ſpūſancto ⁊ igni .i. igne purgatorij. k ❡ Et factum eſt. In hac ſecūda parte agit ſpecialiter de chriſto. Et primo cōmēdat eum de tribus .ſ. in viſione celi aperti: a ſpūſancto ſuper ipſum deſcendēte: a voce patris ipſum cōmēdante. Secūdo ducit̄ in deſertū q̄ſi diabolū
Myſtice impugnatur⁹: ibi: Et ſtatim ſpūs. Myſtice. Per h̄ factū ſignificatū ē ꝙ potētes de volubili foro ſeculi trāſituri eſſent
Moraliter ad gratiā baptiſmi. Et h̄ cōſiderat etiā Glo. Interliñ. Moraliter l ❡ A naçareth. Qui vult baptiçari: id eſt de peccatis mūdari veniat de naçareth: id eſt de flore mundi exeat. Hiere. xlviij. b. Date florem moab. Eſa. xxviij. a. Ue flori ⁊c. m ❡ In iordane. Gamfred⁹. Jordanis interpretatur deſcenſus: quia deſcendit chriſtus vt nos deſcendamus. Eſa. ij. a. Fluēt ad eum omnes gētes. Idem. Nec ſimulata nec indeuota ⁊ triſtis humilitas habet gratiā apud deū. Ipſe ē veritas: nec cōplacere ei poteſt vt verbū ſuper eo qđ nō placet nobis tanꝙ expreſſiuū ē veritatis. Ipſe eni fuit vera colūba. Aliq̄ñ colūba ſumit̄ in malo: q̄ auis ſtolida ē. Oſee. vij. c. Fact⁹ ē ephraim q̄ſi colūba ſeducta ⁊c. Hiere. xxv. g. Facta ē terra eoꝝ in deſolationē ⁊c. In bono vero ſept⁹ ꝓpt
Verſus illas ꝓprietates. Verſus. Grex viſus pulli gemitus fel baſia pugna: Immunis amās mūdus partus cib⁹ vnda. In baptiſmate tria ſunt viſibilia: ſacerdos / baptiçandus / aqua. Et tria inuiſibilia eis reſpondentia: ſpiritus .ſ. interior / ablutio / et fides. Glo. Nō qđ neſciebat docetur: ſed nobis quid credere debeam⁹ oſtenditur: ipſum .ſ. quia homo cum alijs ad baptiſmū venit. n ❡ Tu es filius: non iohannes. o ❡ In te
complacui: id eſt placitum redemptionis humane in te cō Ps.109.
placere decreui. Luc. iij. e. In te complacuit mihi. Ps. Iurauit dominus et non penitebit eum. Aug⁹. de concordia euangeliſtarum. Intelligas euangeliſtas qui non eandem locutionem retulerint / eandem retuliſſe ſententiam: que diuerſitas locutionum ad hoc etiā vtilis eſt / ne vno modo dictum minus intelligatur et aliter ꝙ ſe res habet interpretet̄.

❡ Expulit eū in deſertum

a Expulit eū i deſertū. Nō ſonat in modū violētiā ſed in amorꝭ vehemētiā. Matthe⁹.iiij.a.dic: Duct⁹ ē. Lucas.iiij. a. Agebat i deſerto: ad denotādū ꝙ īdiuiſa ſūt opa trinitatiſ. Expellere poteſtatis ē: ducere ſapientie: agere benignitatis. Moraliter Moralit aūt deſertū clauſtꝝ ē. Sed dubiū ē a q̄ ſpū aliq̄ ducant in clauſtꝝ. Alij eni a ſpū phytonico: vt q̄ propter paſtum intrant. Phyton enim ventriloquus dicitur. Eſa. xxix.b. Et erit vox phytonis. Alij a ſpiritu baal: qui iō intrant vt maiores fiant: vel propter inanem gloriam. Baal enim ſuperior interpretat. Alij a ſpiritu ſancto: qui quoſdam impellit/ vt qui propter infirmitateſ et neceſſitates temporales cogunt intrare. Unde Bern. Felix neceſſitaſ que ad meliora compellit. Et Matth.xxij. a. cōpelluntur quidā intrare ad nuptias. Et Luc. xiiij.e.dr. Exi in vicos ⁊c. Aliq̄s ducit q̄ ſolo amore intrant vt fruantur dulcib⁹ ſponſi amplexibus. Cantꝭ.j.a. In odore vnguentoꝝ tuorum currimus. Ps. Quis dabit mihi pennas ⁊c. Alios agitat: vt qui de bono in melius proficiunt. Sed multi ſicut filij iſrl ꝓpinquiores ſunt terre ꝓmiſſionis primo anno egreſſiōis. Numeri.xj.a. Quis dabit nobis ad veſcendū carnes? Uulgus quippe promiſcuū qd aſcēderat cum eis eſtuabat deſiderio carnis ſedēs ⁊ flēs. b Et erat in deſerto quadraginta diebus ⁊ q̄draginta noctibus. Uita clauſtralium tota debet eſſe in penitentia. Sed quidā ſūt quadraginta diebus / ſed nō quadraginta noctibus: qui.ſ. diebus morantur in clauſtro / ſed noctib⁹ vagantur ad prauitates ſuas. Et poteſt fieri hic quadrimēbris diuiſio. c Et temptabatur. Similiter filij iſrael in deſerto multas ſuſtinuerunt tribulationes ⁊ temptationes: Exo. xvij. De bellis eorum: Numeri.xxj.et. xxxj. Greg⁹. Illos pulſare negligit: q̄s quieto iure poſſidere ſe ſentit. Deut.j.g. Sup mōtes pſecuti ſūt vos. Quadraginta dieb⁹: Cōtra illos q̄ dedignant cum turbis ⁊ cū malis habitare. Deut. xxiij.b. Nō abominaberis idumeū ⁊c. Et q2 ſuperat⁹ ē Job in laude dicit.xxx.d. Frater fui draconū ⁊ ſocius ſtruthionū. Ezech.ij.c. dic dñs ⁊c. Increduli ⁊ ſubuerſores ſūt tecū ⁊c. Gen.xxxi. Poſtq̄ venit iacob ⁊c. d Poſtq̄ aūt tradit⁹ ē. Glo. Nemo putet traditū iohannē ſtatim poſt tēptationē q̄draginta dieꝝ ⁊ ieiuniū dñi. Inuenit eni in euāgelio dñm ante multa docuiſſe ⁊ miracula feciſſe. Poſtq̄ ⁊c. Jeſus annorum triginta ⁊ tredecim dierum baptizat⁹ eſt: ⁊ poſt illum annum totum occulte predicauit / vt non predicatio diceret. Anno reuoluto mutauit aquam in vinū: poſt adhuc ꝑ mēſes tres occulte p̄dicauit ⁊ diſcipulos ꝯuocauit. Recurſis autem tribus menſibus circa paſcha decollatus eſt iohannes. Poſt etiā toto anno ieſus aperte p̄dicauit: ⁊ anno reuoluto in paſcha paſſus eſt. Tres igitur primi euangeliſte geſta ſecundi anni qui incepit ab incarnatione iohannis / ſufficienter pſecuti ſunt: ſed geſta primi anni trium menſiū poſt baptiſmū omnia pretermiſerūt / ⁊ vltimi anni quedam maiora: vt ſermonē ad nicodemū / ⁊ illum quem in cena fecit / qui ſuperfluit. Johānes vero acta ſecūdi anni ab eis diligent pſcrutatus / penit⁹ dimiſit. Si ḡ repperis ieſum trib⁹ annis ⁊ dimidio p̄dicaſſe / dic ꝙ tres mēſes ꝓ dimidio āno cōputent. f In galileā. Rabanus. Predicauit in finib⁹ zabulon et neptalim / vbi primo captiuitas fuerat ab aſſyrijs inchoata. Terrā zabulon itellige galileā q̄ ē circa mare tyberiadis ⁊ ſtagnum geneſareth. Terra vero i qua tribus neptalim vicina tyrijs / terra galilea gentium dicta eſt / poſtq̄ ſalomon in ea viginti ciuitates dedit regi tyri de ſorte trib⁹ neptalim. e Traditus eſt iohannes. Tradito iohanne: id eſt gratia dei incarcerata / in alia regione ſurgere debent predicatores: Non enim eget qui ſani ſunt medico: Luc.v.f. Ubicunq̄ fuerit corpus ⁊c. Mat.xxiiij.c. Corpus mortuū peccatores: aquile predicatores g Et appropinquabit regnum dei: id eſt apertio ianue principio euangelij cognitio chriſti h Et preteriens. Marcus et mattheus vident in electione diſcipulorum diſſentire ab alijs: in tempore / in loco / in modo. In tempore: quia dicunt vocatos poſt incarcerationem iohannis. In loco: q2 ambulante ieſu iuxta mare galilee. Lucꝭ. v.a. quia in magna piſcium captura cum ſederet ieſus in nauicula petri. In modo: quia iſti dicūt binos et binos vocatos: lucas vero ſimul. Sol. Tres ſunt vocationeſ. Prima ad notificationem: de qua Joh.j.f. Secunda ad familiaritatem. Luc.v. Tertia ad diſcipulatum: de qua Matth.iiij.et hic. Similiter agit h̄ de vocatione maiorū ⁊ primitiuorum. Non enim omniū apoſtolorum vocatio exprimitur in euangelio: ſ; tm̄ iſtorum de quibus hic agitur: ⁊ aliorum trium diſcipuloꝝ .ſ. philippi ⁊ nathanael: Joh.j.et Matth.ix.a. i Mare galilee. Oſee.xj.c. Diſperdam ephraim ⁊c. k Uidit: intuitu miſericordie. l Mittētes retia: Eccleſiā ꝑ naue rego: tria climata mundi ſūt mare: ſcripture / retia: piſcis / homo. m Piſcatores. Hilarius. Ex eorum arte opus eoꝝ futurum proditur: vt quēadmodum piſces e mari: ita homines e ſeculo in ſuperiorem locum: id eſt in locum celeſtis habitaculi protrahendi ſunt. n Hominū: non ranarum et prebendaꝝ vel temporaliū dignitatū. o Et protinus. Actꝭ.ij.a. Fact⁹ ē repēte de celo ſon⁹. Neſcit tarda molimina ſpūſſcti gra. Aug⁹. Obediēs ⁊c. Exemplū de marito. p Relictis retib⁹. In tertia vocatione nō ſolū retia / ſed etiā oīa reliquerūt. q Secuti ſūt eū. Hilari⁹. In his docemur chriſtū ſeq̄ ⁊ ad ſecularꝭ vite ſollicitudinē ac paterne domus cōſuetudinē nō retrahi. Glo. in Matth. Nō irrationabilit vt arguit porphyri⁹ et iulian⁹. Aug⁹. Apli ſtatim ſecuti ſūt ſaluatorē: ſ; credunt plura ſigna vidiſſe anteq̄ crederent. Maieſtas q̄q̄ diuinitatis occulte q̄ ē i humana facie relucebat: ex q̄ aſpectu poterat ad ſe trahere q̄s volebat: ſicut vis eſt in adamante / vt ferrum ſibi copulet. r Ingrediuntur. Glo. Hiero. Marcus dicta euangelij in ſemetipſo diſponēs / ordinem hiſtorie non ſecutus myſteriorum ordinem ſeruat. Unde in ſabbatis primam virtutem narrat dicens: Ingrediuntur ⁊c. s Et ſtatim. Amb. ſuper Lucam. Quia neſcit tarda ⁊c. vt in actum ingrediuntur / multa tanq̄ ceruus tranſiliens. Marcus nihil agit de ſermone in monte / ſed tranſit ad miracula: nec ſeruat ordinem hiſtorie: Primo de arreptitio in ſynagoga ſanato loquitur. Secundo de ſocru petri. Tertio de leproſo: cum econtrario factū ſit. Sed hec ad noſtrā inſtructionem fecit / vt ait Beda: quia hec tria ſignificant pctm̄ in conſenſu ⁊ opere ⁊ cōſuetudine: qd eſt q̄ſi

B.4.a. Luc.4.a.

a cui. Et ſtatim ſpiritus expu-
b lit eum in deſertum. Et erat in deſerto quadraginta dies bus ⁊ quadraginta noctib⁹ /
c et temptabatur a ſathana. Eratq̄ cum beſtijs: ⁊ angeli
d miniſtrabant illi. Poſtq̄ aūt
e traditus eſt iohannes: venit
f ieſus in galileam predicans euangelium regni dei / et dicens: Quoniam impletum ē
g tempus / et appropinquabit regnum dei: Penitemini et
h credite euangelio. Et preteri-
i
k ens ſecus mare galilee: vidit ſimonem ⁊ andream fratrem
l eius: mittentes retia in mare.
m Erant enim piſcatores. Et dixit eis ieſus: Uenite poſt me et faciam vos fieri piſcatores
n
o hominū. Et protinus relictis
p
q retib⁹ ſecuti ſunt eum. Et pgreſſus inde puſillum / vidit iacobū zebedei et iohannem fratrem eius: et ipſos componentes retia in naui: ⁊ ſtatim vocauit illos. Et relicto patre ſuo zebedeo in naui cum mercennarijs / ſecuti ſunt eū.
r Et ingrediuntur capharnaū:
s et ſtatim ſabbatis ingreſſus i ſynagogam docebat eos. Et

B.4.c. Luc.5.d.

Ps.54.

Matth.4.d. Luc.5.b.

Luc.4.e.

☙ lepra inextrabilis. a Poteſtatem habens. Eccj. viij. a. Sapientia hominis lucet in vultu eius ⁊c. Matth. xxiij. a. Dicunt enim ⁊ non faciunt. b In ſynagoga. Hic ſub/dit opus pietatis. Primo poſuit marc⁹ opus pietatis in vo/catiõe diſcipuloꝝ: poſtea opus ſapiētię in p̄dicatione ⁊ doc/trina: nūc op⁹ potē/tię ponit in miracu/lorum operatione.

C

Matth.7.d. c In ſpiritu im/mundo / detentus. .ſ. d Quid no/bis ⁊ tibi ieſu na/zarene. ij. Cor. vj d. Que ↄuentio chri/ſti ad belial? Eccj. xiij. c. Quę cõmuni/catio ſancto homini ad canem? e Ue/niſti. Beda. Prę/ſentia ieſu tormenta demonū ſt. ij. Pet. ij. a. Si enim de⁹ an/gelis peccātibus nõ pepcit ⁊c. f Per/dere nos. Hiero⁹ Magnum tormen/tum eſt ei a leſione hoīs ceſſare: qꝫ tan/to grauiꝰ ↄimittit: quanto diutius poſ/ſedit. g Scio: id eſt opinor. h Ob/muteſce. Et ſi ali/

Matth.8.b. Luc.4.f. qd vtile dixerint de/mones / ne eis inten/das. Eccj. xv. c. Nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. i Et exi de hoīe. Eccj. xiij. c. Sicut cõmunicabit lupus agno: ſic pctõr iu/ſto.

ſtupebant ſuper doctrina ei⁹. Erat enim docens eos quaſi
a põteſtatem habens / et non ſi/
b cut ſcribę. Et erat in ſynāgo/
c ga eorum homo in ſpiritū im/
mundo / et exclamauit / dicēs:
d Qūid nobis ⁊ tibi ieſu naza/
e f rene? Ueniſti pérdere nos?
g Sciō qꝫ ſis ſanctus dei. Et
comminatus eſt ei ieſus / di/
h i cens: Obmūteſce / et ēxi de
k homine. Et diſcērpens eum
ſpiritus immūdus: et excla/
mans voce magna / exījt ab
eo. Et mirati ſunt omnes: ita
vt conquirerent inter ſe / dicē/
l tes: Qūid nam eſt hoc? Que
nā doctrina hęc noua? Quia
in poteſtate ſpiritibus immū/
dis imperat / et obediunt ei.
m Et proceſſit rūmor eius ſta/
tim in omnem regionem gali/
leę. Et protinus egredientes
n de ſynagoga / venerunt in dō/
mum ſimonis ⁊ andreę cum
o iacobo et iohanne. Rēcum/
bebat autem ſocrus ſimonis
febricitans: et ſtatim dicunt

k Et diſcerpēs ⁊c. Qꝫ diabol⁹ diſcerpit ī exitu / vehe/mētē dolorē diabolo oñdit. Signū aūt / vt dic Greg⁹ / qꝫ tem/ptatio grauior in fine. Uñ Apoc. xij. c. Ue terrę ⁊ mari: qꝫ deſcendit diabolus ad vos habens iram magnā. l Quid nam eſt hoc ⁊c. Duo quęrunt: de facto et doctrina. m Et proceſſit rumor eius. i. Timoth. iij. b. Epiſcopū op/tet habere bonum teſtimonium ⁊c. Eccj. xlj. c. Curam habe de bono nomine. ij. Cor. ij. d. Chriſti bonus odor ſumus ⁊c. n Uenerunt in domū ſimonis. Joh. j. f. dicitur / pe/trum fuiſſe de bethſaida: qd q̄uis verum ſit / poterat habere domū in capharnaum ex parte vxoris ſuę. o Recum/bebat aūt ſocrus ſimonis. Raban⁹. Allegorice: do/mus petri circumciſio ei⁹ ē apoſtolatui cõmiſſa. Socrus eſt ſynagoga: quę quodāmodo mater eſt eccleſię petro cõmiſſę. Hęc febricitat: quia iuidię ęſtib⁹ laborat perſequēs eccleſiā. Socrus cuius manū tangit domin⁹ / qñ carnalia ei⁹ opera in ſpiritualem vſum conuertit eccleſia erecta miniſtratur in ſpi/ritu. p Ueſpere autē facto. Malach. iij. c. Orieł vob timentibus ſol iuſticię ⁊c. Eccj. xv. c. Non eſt ſpecioſa laus

Ps.49. in ore eius. Ps. Peccatori autem dixit deus ⁊c. q Qm ſciebant eum. Phil. j. c. Siue per veritatem ſiue per oc/caſionem ⁊c. Item Luc. ix. f. Dñe vidimus quendam ⁊c. Et ait ieſus: Nolite prohibere: qui non eſt aduerſum vos pro vobis ē. Et apoſtolus ⁊ domin⁹ loquitur de mercenna/rijs: qui male viuunt ⁊ bene docent: qui non ſunt arcendi nec tñ amplectendi. Alij vero male viuunt ⁊ male docent vbiqꝫ: nam etiam hi ſunt fures cauendi et prohibendi. In quo figu/rate domin⁹ hęc demonia loqui prohibet. r Et dilucu

lo. Moraliter. Omnis chriſti actio / noſtra eſt inſtructio. Myſtice
Mane igitur nobis ſurgendū ē ad bene operandum. Unde
Non ſit vobis vanū ⁊c. Ps. Et mane oratio mea preueni/ Ps.87.
et te. Eſa. xxvj. b. Aīa mea deſiderauit te ī nocte. Sap. xvj. d. Oportet nāqꝫ ſolē preuenire ⁊c. s Abijt in deſertū.

ei de illa. Et accedens eleua/
uit eam apprehēſa manu ei⁹:
et cõtinuo dimiſit eam febris
p et miniſtrabat eis. Ueſpere
autem facto cum occidiſſet
ſol / afferebant ad eum omneſ
male habētes et demonia ha/
bētes: Et erat omnis ciuitas
cõgregata ad ianuam: Et cu/
rauit multos qui vexabantur
varijs languoribus. Et de/
monia multa eijciebat: et non
q ſinebat loqui ea: quoniā ſciē/
r bant eum. Et dilūculo valde
s ſurgens / ēgreſſus abijt in dē/
ſertum locum: ibiqꝫ orabat.
t Et proſecutus eſt eum ſimon
v ēt qui cum illo erāt. Et cum
inueniſſent eum / dixerunt ei:
x quia ōmnes quęrunt te. Et
y ait illis: Eām⁹ ī ꝓximos vicoſ
⁊ ciuitates: vt et ibi p̄dicem:
z a Ad hōc eni veni. Et erāt prę/
dicans in ſynagogis eorum
et omni galilea / et demo/
b nia eijciens. Et vēnit ad eū
leproſus deprecans eum / et
c d genuflexo dixit: Si vis pōtes

Determinato tem/pore / determinat lo/cum. Exo. v. a. Di/mitte populum me/um vt ſacrificet mi/hi in deſerto. Job. xxxix. a. de onagro. Cui dedi ī ſolitudie domum ⁊c. Domi/nus turbas reficit in deſerto: Luc. ix. b. de quinqꝫ panibus. Exo. xvj. d. Filij iſ/rael manducauerunt māna in deſto. Hie/re. xxxj. a. Inuenit gratiā ī deſerto ppls ⁊c. Moralit. De/ſertum eſt penitē/tia: quia ſicut in de/ſerto non inueniunt delitię carnis: ſic nec in vera penitentia. Item quia a paucis inhabitatur: ⁊ peni/tentia a paucis ſuſci/pitur. Hiere. viij. c. Nõ ē q̄ agat penitē/tiam ſuper peccato ſuo / dicēs: quid feci. t Et proſecutuſ eſt eum ſimon: id eſt obediens. Tales apti ſunt ſequi dñm. v Et qui cum il/lo erant. ſ. andreas frater eius et iohan/nes et iacobus: id eſt virilis / obediēs / ⁊ ſimplicitas / et gratia. x Omēs quęrūt te. Surgētes a ſomno cordis peccati. Eph. v. d. Surge qui dormis. Prouerb. vj. b. Uſqꝫquo pi/ger dormis: quādo ↄſurges a ſomno? s Egreſſus. Egre/di docens a carne per contemptū delitiarum: a mundo ꝑ ab/iectionē diuitiarum: a diabolo per odium dignitatū. Eſa. lv. d. In leticia egredimini ⁊ in pace deducemini. x Oēs q̄/runt te: quia tu es omne bonum. Exo. xxxiij. d. Oſtendam tibi oē bonū ⁊c. Oēs q̄ ſua ſūt q̄runt: ſed non omnes bene q̄/runt: et ideo non inueniunt. Oſee. v. b. In gregibus ⁊ armē/tis ſuis vadent ad quęrendū dñm ⁊ nõ inuenient. Joh. vj. c. Quęritis me ⁊c. y Eamus ⁊c. Cant. vij. d. Egrediā/mur in agrū ⁊c. Per villas quę abſqꝫ omni munimine ſūt / in/telliguntur peccatores: qui abſqꝫ diuina defenſione expoſiti ſunt demonibus. Eſa. v. a. de vinea mala ⁊c. Idem etiam ſignificaƚ per agros. Debent ergo egredi p̄dicatores ⁊ com/morari: qd eſt contra illos q̄ ſtatim redeunt. j. Machab. iij. a. Judas perambulauit ⁊c. Ps. Benedicite de fontibus iſra/el: id eſt aquas ad bibendum attrahite. Uos potate de fonti/bus: id doctrinis ſcripturarum. z Ad hoc enim veni. Eſa. lxj. a. Spiritus dñi ſuper me. b Et venit ad eū le/proſus. Hoc idē dī Matth. viij. a. Et Luc. v. c. Lepra ē error: Leuit. xiij. Eſt ſupbia. ij. Paral. xxvj. d. de ozia rege: q̄ pcuſſus ē lepra. Et. iiij. Reg. v. a. de naamā. Erat naaman diues ⁊ fortis ſ; leproſus. Per leprā ſignificaƚ cupiditas. Nu/meri. xij. c. de lep̄ marię. Et. iiij. Reg. v. g. de lepra giezi ⁊c. a Et erat: qd refert Matthe⁹. iiij. d. c Si vis. Breuis orō ſ; magna fides. d Potes me mūdare. ſ. eccłię ↄformare.

Margin notes beside this column, top to bottom: B; Luc.4.g.; Moraliter; Matth.8.a. Luc.5.c.; Phil.2.c.; Ps.67.

☙ In hoc enim ſe

¶ In hoc enim ſe immũdũ iudicat. Boeti⁹. Si medicum expe
ctas/oportet vt vuln⁹ detegas. Mali econuerſo vulnera ſua
tegũt ⁊ defendũt. Job.xlj.a. Corpus ei⁹ q̃ſi ſcuta fuſilia ⁊c̃.
Pſ.45. Sed dñs ſcuta ei⁹ comburet. a ¶ Jeſus aũt miſert⁹ ei⁹
Pſ.144. extendit manũ. Pſ. Aperis tu manũ tuam. b ¶ Et tã
gens eũ: qui tan
gebatur fide illius.j.
Corſ.vj.d. Qui ad
heret deo/vnus ſpi
ritus eſt c ¶ Ait il
li: volo: mũdare.
Ecce pietas: quę fi
des excommunicat.
a ¶ Jeſus autẽ mi
ſertus ei⁹/tãgen
do. Tactus leproſi
chriſtum nõ eſſe ſub
ſectum legi oſtẽdit:
ad humilitatẽ ⁊ ope
ra miſericordię pro
uocat: errorem ma
nichei confutat. d
¶ Et cõminatus ẽ
ei. Beda. Ubi le
proſus mũdat/cer
tus non exprimitur
locus/vt oſtendatur
non vnum populum
ſpecialiter alicu⁹ ci
uitatis ſ; multos po
A pulos fuiſſe ſanatoſ.
e ¶ Et dicit ei: vi
de: id eſt conſidera
quomodo curat⁹ es:

a me mundare. Jẽſus autem
miſertus eius/extendit manũ
b ſuam: et tãngens eum/ait illi:
c Uõlo. Mundare. Et cum
dixiſſet: ſtatim diſceſſit ab eo
lepra: et mundatus eſt. Et cõ
d minãtus eſt ei: ſtatimq; eiecit
e f illum/et dicit ei: Uidẽ nẽmi
ni dixeris: ſed vade oſtende
te principi ſacerdotum: et of
g fer pro emundatione tua quę
pręcepit moyſes i teſtimoniũ
illis. At ille egreſſus cępit p̃
dicare ⁊ diffamare ſermonem
ita vt iam non poſſet manife
h ſte in ciuitatẽ intrõire: ſed fo
ris in deſertis locis eſſe: et cõ
ueniebant ad eum vndiq;.

¶ Capitulum II

Iterum intrauit ca
pharnaum poſt dies
octo: et auditum eſt q; in do

nec eſt opus dici qđ exclamat ei natura rei: vt dicitur.j.v.b.
et Lucſ.viij.f. Narra quanta tibi fecerit deus. Origeñ. Non
iubet ſupertacere pncipibus iſrael qui vident leproſum mũ
datum: ſanentur a lepra pctõꝝ ⁊ offerãt ſe deo ſi credunt: aut
ſi nõ credunt/inexcuſabiles ſunt. Uel ita munus qđ pręcepit
moyſes illis: id eſt ſacerdotib⁹ offerri in teſtimoniũ: id eſt i ſi
gnum ſpiritualis prohibitionis: ſicut curatio lepręconteſta
tur curationi peccati: illius inquam munus offerant/non ſo
lum in ſigno/ſed in re vt turpem/a ſacerdotib⁹ peccati munda
tus in ſacrificium dei trãſeat: Moyſes enim p̃cepit. f ¶ Ne
mini dixeris. Hiero⁹. Nunc humilitas iuſſit latere. Solet
tñ ſic exponi. Ita euidenť curatus es q; nõ oportet dicere ali
cui. Unde Hiero⁹. Nouerat vt ſermonem iactaret: qđ corpo
re pręferebat. Hilari⁹. Jactãtia iuitata facit ne lepra trãſire
poſſit in medicum. g ¶ Quę pręcepit moyſes in teſti
moniũ illis.ſ.duos paſſeres. Unũ in ſacrificium: alterum i
agrum. h ¶ Ita vt iam nõ poſſet manifeſte introire
in ciuitatẽ. Oſee.xj.d. Ego dñs ⁊ ciuitatẽ non ingredior.

Iterum intrauit ca ¶ Expoſitio Capituli. II
pharnaũ. Supra ęgit de his quę myſtice congru
unt ordini reſtaurationis humanę: id eſt de increpa
tione dęmonis: de ſanatione mulieris: de curatiõe leproſi ho
minis: In hoc ſecundo capitulo iterum agitur de manifeſta
tione poteſtatis ſapientię ⁊ bonitatis ipſius chriſti. Et diui
ditur in quattuor partes. In prima ſanat paralyticũ. In ſe
cunda vocat matthęum: ibi: Et egreſſus. Tertio reſpõdet
accuſantibus diſcipulos de ieiunio: ibi: Et erant diſcipu
li. Quarto reſpondet arguẽtib⁹ diſcipulos ſuper apparen
ti tranſgreſſione ſabbati: ibi: Et factum eſt iterum. In p̃
ma/potentia: In ſecũda/ſapientia: In tertia/ſapientia ⁊ bo
nitas: In quarta bonitas ⁊ poteſtas declaranť. Dicit ergo:
¶ Et iterũ intrauit capharnaũ ⁊c̃. Apoc.iij.d. Ego
ſto ad oſtium ⁊ pulſo. Cantſ.v.a. Uox dilecti mei pulſantis:
aperi mihi ſoror mea/ſpõſa mea/amica mea/imaculata mea.
k ¶ Ita vt non caperet.i.capi nõ poſſent: quia nec etiam
oẽs tangere poterant ianuã dom⁹: qui ſignificãt q; dño p̃di

cante in iudęa/nec ad ianuam intrauerunt.i. ad pęnitentiam.
l ¶ Et venerũt ferẽtes ad eũ paralyticũ. Paralyticus
dicitur q; tremul⁹. Dañ.v.b. Cõpages renũ ei⁹.i.balthaſar/
abſorbẽs diuitias/diſſoluebanť: ⁊ genua ei⁹ ad ſe collidebanť.
Itẽ q; inſenſibilis. Hiere.v.a. Percuſſiſti eos ⁊ non dolue
rũt: attriuiſti eos ⁊ re
nuerũt diſciplinã ac
cipere. Itẽ q; diſſo
lutus. Eſa.xxxv.b.
Cõfortate man⁹ diſ
ſolutas ⁊ genua de Matth.9.a.
bilia roborate. Itez Luc.5.d.
q; piger. Prouerb. Job.5.a.
xxj.d. Deſideria oc
cidũt pigrũ: nolue
runt eni quicq; ma
nus ei⁹ opari. Pro
uer.xix.c. Pigredo
imittit ſoporẽ: ⁊ aĩa
diſſoluta eſuriet. Lu
ce.xvj.e. de diuite.
Itẽ q; ineloquens.
Eſa.xxix.a. Erit q̃ſi
phytonis de terra vox
tua/⁊ de humo muſſi
tabit eloquiũ tuum.
m ¶ Qui a q̃ttuor Luc.5.d.
portabať. Mo Moraliter
raliter. Quattuor
portatores/ſũt co
gnitio criminis/me
moria mortis/timor
ſupplicij/ſpes p̃mij. B
Iſti q̃ttuor dicunť

mo eſſet/⁊ cõuenerunt multi
k ita vt non caperet neq; ad ia
nuam: et loquebatur eis ver
bum. Et venerunt ferentes
l m ad eũ pãralyticũ/qũi a quat
n tuor portabatur. Et cũm nõ
poſſent offerre eũ illi prę tur
ba/nudauerũt tectũ vbi erat/
et patefacientes ſubmiſerunt
grabatum in quo paralyticuſ
o iacebat. Cũm autem vidiſſet
ieſus fidem illorum/ait para
p lytico: Fili dimittũnť tibi pec
cata. Erant autem illic qui
dam de ſcribis ſedentes ⁊ co
q gitãtes in cordib⁹ ſuis: Quid
r hic ſic loquiť? Blãſphemat.
Quis poteſt dimittere pecca
ta niſi ſolus deus? Quo ſta
s tim cõgnito ieſus ſpiritu ſuo:
quia ſic cogitarent intra ſe/di
cit illis? Quid iſta cogitatis

ſup Pſ. In te dñe ſpaui ⁊c̃. Uel q̃ttuor portatores ſũt: bo
na opatio/elemoſyna/venia alijs facta/oro ſctõrũ: quattuor
baculi. Bona opatio. Greg⁹. Iterũ fac ⁊c̃. Elemoſyna. Da
nieľ.iiij.e. Pctã elemoſynis redime. Uenia alijs conceſſa.
Matth.vj.b. Si eni dimiſerit hoib⁹ pctã eoꝝ/dimittet ⁊ vo
bis pater veſter q̃ in cęlis ẽ. Sctõꝝ oro.j. Regſ.xv.f. Pec
caui: ſed nũc porta q̃ſo pctm̃ meũ. Lectus q̃ palyticus deferť
eſt dei patientia. Eſa.xlvj.b. Uſq; ad canos ego portabo.
n ¶ Et cũ nõ poſſet offerre eũ illi p̃ turba. De impedi
mẽto turbę: q̃re ſup Lucſ.v. o ¶ Cũ aũt vidiſſet ieſus fi
dẽ illoꝝ. Glo. Multũ valet apud deũ fides ꝓpria vbi tãtũ
valuit aliena: vt hõ interi⁹ ⁊ exteri⁹ ſanat⁹ repente exurgeret
alioꝝq; meritis ſua ei relaxarenť pctã. p ¶ Ait palytico:
fili dimittunť tibi pctã. Ex textu litterę patet q; ex me
rito fidei illoꝝ/inſpirauit illi palytico fidez: qua infuſa dimiſſa
ſunt illi pctã. Subtracta aũt cã morbi/ſtatim ſanat⁹ ẽ. Et no
ta q; fides nõ dr̃ p̃ma grã: q; ſemp ſine merit infũdiť: ſ; q; ſi
ne ꝓprijs merit. Uñ Hiero⁹. Paralyticũ ſanauit nõ ꝓ ſua fi
de cũ ſenſu careret/ſ; ꝓ fide offerẽtiũ. Itẽ videť p Interlin.
q; infirmitas q̃ venit ꝓpť pctã/nõ ſanať niſi dimiſſo pctõ: er
go furioſus q̃ ꝓpter pctã in furiã incidit nunq; ſanabiť cũ nõ
poſſit pęnitere niſi a furia liberatus. Contra Danieľ.iiij.g.
Sic nabuchodonoſor reddit⁹ ẽ ſenſus ei⁹. Solˀ. Habebat lu
cida interualla: ⁊ tũc poterat pęnitere. Et nota vt dr̃: Eleua
ui ego nabuchodonoſor oculos ad cęlũ ⁊ ſenſus me⁹ reddit⁹
eſt mihi: Ita p merita alioꝝ poſſet taľ curari. q ¶ Erãt aũt
illic q̃dã de ſcribis ſedẽtes ⁊ cogitãtes i cordib⁹ ſu
is: q̃d h loq̃ť. Eccſ.xiij.d. Paup locut⁹ ẽ/⁊ dicũt q̃s eſt h
r ¶ Blaſphemat: q̃s põt dimittere pctã ⁊c̃. Hoc di
cẽdo.i. q; ſoli⁹ dei ẽ ſibi vſurpat. Eſa.xliij.d. Ego ſũ q̃ deleo
iiq̃tates ⁊c̃. s ¶ Quo ſtatim cognito ieſus ſpũ ſuo ⁊c̃.
Heb.iiij.d. Oĩa nuda ⁊ apta ſť oculis ei⁹ ⁊c̃.j. Paraľ.xxviij.
b. Oĩa corda ſcrutať dñs ⁊ vniuerſas mẽtiũ cogitatiões itel
ligit: Cũ tñ Hieremias dicat.xvij.b. Profũdũ ẽ cor hois ⁊ i
ſcrutabile: et q̃s cognoſcet illđ? Cognito ⁊c̃.j. Regſ.xvj.b.
Hõ videt i facie ea q̃ parẽt: de⁹ aũt ituet cor. Prouer.xvj.a.

ꝶ Oēs vię hoim patēt oculis ei⁹. a Quid ē facili⁹ dicere ꝛc. i. dicto ſanare paralyticū in aïa. b An dicere: ſurge ꝛc. i. dicto facere vt ſurgat ꝛ ſanet in corpe. c Ut aūt ſciatis ꝛc. Poſſunt eſſe verba euangeliſtę ad nos legentes et audientes: Ait .ſ. chriſtus. Uel poſſunt eſſe verba chriſti ad iudęos inuidos ſcribas ꝛ phariſęos. Loquit aūt de ſe in tertia pſona vitādo arrogantiā. Et tūc cōuertit ad paralyticū ſermonē: vñ intponit euangeliſta: Ait paralytico: q̄ſi ꝑdicta dixit ad iudęos: hęc .ſ. Ut aūt ſciatis ꝛc. ſed hoc dixit paralytico: Surge tolle ꝛc. Scdm h videtur ꝙ probatio dñi nulla ſit: q2 mai⁹ eſt ſanare aīaȝ q̄ʒ corpus. Sol. Sicut dicit Beda: ęq̄lis potentię eſt vtrūq3: ſed ſanatio corpis oib⁹ notior ē: vñ ipſū h poſſe, poterant ſcire ꝙ illud poterat. d Habet: non dicit accepit, ſed habet.

Matth.9.a. Luc.5.e.
Matth.9.a. Luc.5.e. Joh.5.b.
Al. ꝯglificarēt
Matth.5.a. Luc.5.f.

a in cordibus veſtris? Quid
eſt facili⁹ dicere paralytico:
dimittuntur tibi peccata, an
b dicēre: ſurge tolle grabatum
c tuum ꝛ ambula? Ut āutē ſcia
d tis quia poteſtatem hābet fili
e f ūs hōminis in terra dimitten
di peccata, ait paralytico: Ti
g h bi dicō, ſurgē: tollē grabatum
i k tuū, ēt vade in domū tuam.
l Et ſtātim ille ſurrexit: ꝛ ſubla
to grabato abijt coram om
nibus, ita vt mirarentur oms
et honorificarent deum, di
centes: quia nūq̄ʒ ſic vidim⁹.
m n Et ēgreſſus eſt rurſus ād ma
o re, ōmniſq3 turba veniebat ad
p eum, et docebat eos. Et cūm

e Fili⁹ .i. chriſt⁹. f hois .i. virginis nō hoim. g Tibi dico ſurge. Interlin. A carnalib⁹ deſiderijs. j. Pet. ij. b. Obſecro vos tāq̄ʒ aduenas ꝛc. Eph. v. d. Surge q̄ dormis. i Tolle grabatum tuū. Hiero⁹. Ut qḋ fuit teſtioniū īfirmitatis, ſit ꝓbatio ſanitatis. h Surge tolle grabatū tuū .i. lectū: a graba qḋ eſt caput, lectus .ſ. pauperū: vbi .ſ. nihil ſternit niſi caput. Moralit. Primū eſt ſurgere, pctm̄ dimittere. Secūdū lectum tollere, ē delectationē peccati ſibi in onus pęnitētię ɔuertere. Tertiū eſt vt h nō agat pro laude vel lucro tempali, ſed ſpe cęleſtium. Hoc ē. k Et vade ī domū tuā .i. ſurſum ad patriā cęleſtē: q̄ ē dom⁹ tua ꝑ fruitionē ꝛ affectionē tuā. Hęc tria ſignāt Matth. xvj. d. Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum .i. veterē hoiem .i. pctā: hoc ꝑmū: vt dicat: Uiuo ego, iā non ego: et tollat crucē ſuā, ecce ſecūdū .ſ. pęnitētia: et ſequat me, ecce tertiū .ſ. intētio recta. Quidā lectū ſuū dimittūt: q̄ .ſ. de corpe ſuo nullā curā gerūt. Cōtra quos dicit hic: Tolle lectū tuū. Et Naū. iij. c. Intra in lutū ꝛ calca ſubigēs tene laterē. Eph. v. f. Nemo vnquā ſuā carnē odio habuit. Illi aūt lectū ſecū tollūt: q̄ corpus ſuū trahūt ad ſeruitiū ſpūs. Job. vij. c. Si dixero, ɔſolabit me lectul⁹ me⁹, ꝛ releuabor mecū loquēs in ſtratu meo, terrebis me ꝑ ſomnia. Cant. iij. a. In lectulo meo ꝑ noctē q̄ſiui quē diligit aïa mea. k Et vade ī domū tuā .i. diſcute ɔſciētiā. Eſa. xxxviij. c. Recogitabo tibi oēs annos meos ꝛc. Ps. Perambulabā in innocētia cordis mei: in medio dom⁹ męę. Uel, Uade in domū tuam .i. cogita de ſepulchro tuo. Ps. Sepulchra eoꝝ dom⁹ illoꝝ in ęternū. Eccs. vlt. c. Ibit homo ī domum ęternitatis ſuę. Itē Uade in domū tuā .i. ɔſidera fragilitatē tuā ꝛ vilitatē. Naū. iij. c. Intra in lutū ꝛc. In ꝑmā domū debeſ ire .i. in paradiſum, vt ſpes erigatur. In ſecūdam .i. ɔſcientiam, vt totū qḋ turpe ē ejciat. In tertiā: id eſt ſepulchri, vt ad peccata pręterita reditus timeatur. In quartam .i. vilitatis, vt humilitas cordis cuſtos virtutū augeat. l Et ſtatim ille ſurrexit: ꝛ ſublato grabato abijt corā omib⁹ ita vt mirarent oēs ꝛc. Luc. v. e. Et ſtupor apprehēdit omēs. Amb. Maluū timere q̄ʒ credere. Ergo nō credebāt: quō ergo dicit hic ꝙ honorificabāt deū? Sol. Nō credebāt auctoritati facientis .ſ. ꝙ chriſtus eſſet deus: tñ credebāt factum et reuerebant ꝛ deum magnificabāt. m Et egreſſus ē rur

Moraliter
Gal.2.d.
Ps.110.
Ps.48.

ſus: poſt curationē paralytici in capharnaū. n Ad mare egredit: quia nō ſolum ciues, ſed ꝛ maris habitatores inſtruit: et fluctuantis mūdi mot⁹ fidei firmitate ɔtemnere docet. o Omniſq3 turba veniebat ad eū ꝛc. ſicut ad iohannē in deſertum egrediebant omnes. p Et cū pręteriret. Matth. xx. g. Stetit ieſus. Glo. Pręteriēs audit vt homo: ſtans illuminat vt de⁹. q Uidit leui alphei .ſ. filiū. r Sedentē ad telonęū. Telonęū dom⁹ ī q̄ ſoluūt tributa vel vectigalia. Uis ē in viſu: q2 et caladrius viſu ſanat: ꝛ ſtruthio viſu fouet oua. Uñ Ambroſius ſuper Ps. cxviij. Pleriſq3 iuſti aſpectus admonitio correctiōis ē. Sap. iiij. c. Reſpectus ei⁹ ī electos ill⁹. Luc. xxij. g. Conuerſus dñs reſpexit petrū. Ps. Dñs de cęlo ꝓſpexit vt videat ſi ē intelligens aut requirens deum.

Matth.9.b. Luc.5.f.
C
Matth.9.b. Luc.5.f.
†Ps.13.et.5

q pręteriret vidit lēui alphei ſe
r s dēntem ad telonęum, ēt ait il
t li: Sequere me. Et ſūrgēs ſe
v cutus eſt eum. Et factūm eſt
cum accumberet in domo illi
us, multi publicani ꝛ peccato
x res ſimul diſcūbebant cūm ie
ſu ꝛ diſcipulis eius. Erāt eni
multi qui ſequebantur eum.
Et ſcribę ꝛ phariſei videntes
quia manducaret cum publi
canis ꝛ peccatoribus, dicebāt
y diſcipulis eius: Quare cum
publicanis ꝛ pctōrib⁹ mādu
cat ꝛ bibit magiſter vr̄? Hoc
audito ieſus, ait ill': Nō neceſ
ſe habent ſani medico: ſ; qui
z male habēt. Nōn enim veni

Sedentem ad telonęū. Leui ſedens ad telonęum vt recipiat tributa, eſt ſacerdos recipiēs tributa aïarū: et ſedens per ocium ꝛ torporē: cui dicitur ſequere me. Prouerb. vj. a. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuū. Thren. ij. c. Sederūt in terra, cōticuerūt ſenes filię ſion. s Et ait illi: ſequere me. Job. xxviij. a. Ferrū de tra tollit .i. matthe⁹ de telonęo. Roma. v. d. Ubi abundauit delictū ꝛc. t Et ſurgens ſecut⁹ eſt eum. iij. Reg. xix. d. Cū veniſſet helias ad heliſęum, miſit pallium ſuum ſuper eum: qui ſtatim relictis bobus cucurrit poſt heliam. Job. xxiij. c. Ueſtigia eius ſecutus eſt pes meus. v Et factum eſt cum accuberet in domo illius ꝛc. j. Cor. v. d. Si is qui frater nominat inter vos ē fornicator, doloſus aut auar⁹: cū huiuſmodi nec cibū ſumere. Sed iſte erat raptor, ꝛ auar⁹. Amb. Reliquit propria qui recipiebat aliena. Sol. Iam pęnitēs erat excommunicatus: vnde nec vitādus. j. Cor. v. Glo. Nos a cōmunione quemq̄ʒ prohibere non poſſumus: niſi aut ſponte confeſſum aut in aliquo iudicio eccleſiaſtico vel ſeculari nominatum atq3 conuictū. Item ibidem. b. Modicum fermētū ꝛc. Glo. Iudicis nō ē ſine accuſatore dānare: vt nec chriſt⁹ iudā abiecit. Itē Ps. Supbo oculo ꝛ īſatiabili corde cū h nō edebā. Glo. cōmunicādo ī pctō. Hiero⁹. Diſcūbēteſ viderūt publicanū a pctis ad meliora cōuerſum, locum inueniſſe pęnitentię: ꝛ ob id non deſperant de ſalute, pręſertim illi q̄ iam pęnitentes ſequebātur. x Cum ieſu ꝛ diſcipulis eius. Job. j. a. Faciebāt cōuiuia per domos, vnuſquiſq3 in die ſua, ꝛ mittētes vocabāt tres ſorores ſuas .i. infirmos cogitatione, verbo ꝛ opere vt comederent et biberent cum eis. Luc. xiiij. c. Cum facis conuiuiū, voca pauperes ꝛ debiles, cęcos ꝛ claudos: et beatus eris: quia non habent vnde retribuant tibi. Heſter. vlt. d. Tertiadecima die menſis ꝛc. id eſt poſt impletionem decalogi ꝛ euangelij, celebrauerunt cōuiuia cum gaudio, partes ſibiinuicem mittentes, maiores minoribus. Exo. xxvj. Cortina cortinam trahit. Apoc. vlt. d. Et qui audit dicat veni. y Quare cū publicaniſ et pctōrib⁹ mādučat ꝛ bibit magiſter vr̄? Uadit ad ɔuiuiū pctōꝝ: vt occaſionē docēdi plures haberet. Itē vt cibos ſpirituales daret. Itē vt humilitatē doceret. Item vt potētiam ſuam oſtenderet. z Non eni veni vocare iuſtos: id eſt falſo ſe iuſtificātes, dū tales ſūt. Joh. ix. g. Quia dicit

Ps.100.

ꝶ videm⁹, pctm̄ vīm

a vocare iuſtos: ſ; pĕccatores.
b Et ĕrant diſcipuli iohãnis et
phariſei ieiunãtes: ⁊ veniũt ⁊
c dicũt illi: Quare diſcipuli io-
hannis ⁊ phariſeoꝝ ieiunãt:
tui autem diſcipuli non ieiu-
d e nant? Et ăit illis ieſus: Nun-
quid poſſunt filij nuptiarum
q̃diu ſponſus cũ illis ē ieiu-
nare? Quãto tempe habent
ſecum ſponſum nõ poſſũt ie-
iunare. Venient autē dies cũ
auferet̃ ab eis ſponſus/ ⁊ tũc
ieiunabũt in illis dieb⁹. Ne-
mo aſſumētũ panni rudis aſ-
ſuit veſtimento veteri: alio-
quin aufert ſupplementũ no-
uum a veteri/ ⁊ maior ſciſſura
fit. Et nemo mittit vinũ† no-
uum in vtres veteres: alioq̃n
dirũpet vinũ vtres: ⁊ vinũ ef-
fundet̃ ⁊ vtres peribũt. Sed
vinũ nouum in vtres nouos
f mitti debet. Et făctum ē ite-
rum cum ſabbatis ambula-
ret per ſata: et diſcipuli eius
cęperũt pręgredi et vellere
g ſpicãs. Phariſei aũt dicebãt
h ei: Eccē quid faciũt diſcipuli
tui ſabbatis qđ non licet. Et
ait illis: † Nunq̃ legiſtis q̇d fe-
i cerit dăuid quãdo neceſſita-
k tem habuit/ et ēſurijt ipſe et q̇
l cũ eo erant: quõ introiuit ĩ do-
m mũ dei ſub ăbiathar principe
n ſacerdotũ: et pănes ꝓpoſitio-
nis mãducauit quos non li-
cebat mãducare niſi ſacerdo-
o tibus: ĕt dedit eis qui cũ eo
p erant? Et dicĕbat eis: Sab-
batum propter hominem fa-
ctum eſt/ ⁊ non homo propter
ſabbatum. Itaq; dñs eſt fili-
us hominis etiam ſabbati.

z Et poſt dies ſex ⁊c. Ab illo quo dixerat: Sunt quidā de hic ſtantibus. Chryſ. Quare expectat poſt ſex dies: Ut vehemēti⁹ deſiderarēt oſtenſionē: que licet corpalis/tñ ꝯcupiſcentiā habebat. Prim⁹ cognitio ſui: tunc creatur chaos cōfuſionis. Secūdus attritio cordis: tunc fit firmamētū: et diuidunt̄ aque ab aq̄s. Tertius ē ꝯſideratio ſtat⁹: tunc ꝯgregant̄ aque in vnū locū ⁊ vocant̄ maria. Quartus ꝯfeſſio: tunc fiūt in celo luminaria. Quintus ſatiſfactio: tunc de aq̄s fiunt aues et piſces. Sextus ꝯtēplatio: tunc fit homo: et in hoc tria ſignificant̄. Dn̄s ꝯo in ſeptimo requieſcet. Et poſt dies ſex. Richardus de ſancto victore. Sex dies/ſunt ſex genera ꝯtēplationū: in quoꝝ ſeptimo videt̄ dn̄s trāſfigurat⁹. Primus ē

¶ in imaginatione ſm imaginẽ:quãdo.ſ. viſibiliũ imago conſi/
deraꝛ cum admiratione ⁊ creatoꝛis veneratiõe. Secũdus eſt
in imaginatione ſm rationẽ:quãdo.ſ.mens imaginatiõe ſen/
ſus rationẽ quęrit ⁊ cum imaginatione inuenit. Tertius eſt ĩ
ratione ſm imaginationẽ:quãdo.ſ.mens per rerum viſibiliũ
ſimilitudinẽ/in rerũ
Matth.17.a. inuiſibiliũ ſpeculatio
Luc.9.d. nem ſubleuaꝛ. Quar
tus eſt ĩ ratione ſm
rationem: quãdo.ſ.
mẽs in uiſibilibꝰ per
experiẽtiã voceſ alia
et alia inuiſibilia col
ligit quę per experiẽ

a ſex aſſumpſit ieſus petrum et
b c iacobum et iohannẽ: ⁊ ducit
d illos in montẽ excelſũ ſeoꝛſũ
e ſolos:⁊ trãſfiguratus eſt co/
f ram ipſis. Et veſtimenta eius

tiam non nouit. Quintus eſt ſupꝛa rationem/non tñ ꝑter ra/
tionẽ: qñ animꝰ ꝑ mẽtis ſubleuationẽ ita ſubleuaꝛ/ꝙ metas
capacitatis tranſcendit:et ꝙ ꝑ intelligẽtię aciẽ ratio ei ſua at/
teſtatione alludit. Sextus eſt ſupꝛa rationem ⁊ pꝛęter ratio/
nem ſeu etiã contra rationẽ :in hoc animus veraciter exultat
atqꝫ tripudiat :quando illa ſublimia ex diuini muneris irra/
diatione agnoſcit/quibꝰ omnis humana ratio reclamat. Ta/
lia ſunt omia quę de perſonarum trinitate credere iubemur.
In hoc genere tranſfiguraꝛ ieſus ĩ monte: ſed cum atteſtatio
ne moyſi ⁊ helię:id eſt ſcꝑturaꝝ:ſine qbꝰ ſuſpecta eſſet hmõi
reuelatio. Hic ad tonitruũ diuinę vocis auditoꝛ cadit: id eſt
humana ratio deficit. Et per caſum trium diſcipuloꝝ/ſenſus
memoꝛię/rationis defectꝰ oſtendiꝛ. Ibi moꝛiꝛ rachel ĩ partu
beniamin: Geñ.xxxv.c. Rachel viſio:id eſt ratio vidẽs: Be/
niamin/filius dexterę. Septimꝰ gradus contẽplationis:cum
filius ad dexteram patris videtur:domino loquente/nubes
lucida obumbꝛat:ſed nubes ꝓpꝛ mẽtis reuerberationẽ:luci/
da propter intelligẽtię illuſtrationem. Et poſt dies ſex.
Glo. Poſt cõminationẽ crucꝭ/gloꝛia reſurrectiõis oſtendiꝛ.
Unde ſequitur: Et poſt dies ⁊c̃. vt non timerẽt oppꝛobꝛia
crucis:qui oculis ſuis viſuri erant gloꝛiam reſurrectiõis futu/
rę. a ¶ Aſſumpſit ieſus petrũ ⁊c̃. Per qđ ſignificaꝛ ꝙ
nullus intrabit in regnũ cęloꝛum/niſi qui fuerit de oꝛdine ali/
cuius iſtoꝛum. Per iohannẽ/virgines ſignificanꝛ:per daniel
ſimiliter. Per petrũ coniugati:ſimiliter per iob. Per iacobũ
rectoꝛes eccleſię:ſimiliter per noe. De iſtis tribꝰ Ezech.xiiij.
e. Si fuerint iſti tres viri in medio eius:noe/daniel/et iob:ip/
ſi liberabunt animas ſuas. Alij non intrabunt in montẽ excel/
ſum.ſ.ĩ gloꝛiã dei/niſi qui fuerint de iſtis. b ¶ Et iacobũ.
Glo.ſuper epiſtolam ad Gal.j.d. Alium apoſtoloꝝ ⁊c̃. Ibi:
Nũc videndũ vt diciꝛ: videꝛ velle ꝙ iſte fuerit epiſcopꝰ hie/
roſolymitanꝰ. Sed dic ꝙ Glo.ſolum ꝓpter nominis cõueniẽ/
tiam hoc dicunt:qꝛ allegoꝛia largas habet habenas. c ¶ Et
iohannem. Hieroꝰ. In tribus vocatis apoſtolis oſtendiꝛ
pꝛiuilegium dignitatis eoꝛũ. Berñ. Tres ſecum ducit dñs:
vt tribus idoneis mundus credat: Deuꝛ.xix.d. Et ꝓpter fidẽ
trinitatis. d ¶ Et ducit illos in montẽ ⁊c̃. Similiꝛ du/
xit dñs ezechielem in montem excelſum nimis: vt Ezech.xl.
a. quia dñs bonos ꝑdicatoꝛes ducit ad excellẽtiam vitę ⁊ ad
Moraliter excellentiam ſcientię. Moꝛaliter/enim per montẽ vitę emi/
nentia ſignificaꝛ: ꝑ hoc ꝙ dicit/excelſum:eminentia ſcientię.
Hęc duo debet habere ꝑdicatoꝛ ⁊ ꝑlatꝰ. Eſa.xl.b. Sup mõ/
tẽ excelſũ aſcende tu q̃ euangelizas ſion. Hi ſũt pꝛęlati dñi.
Et ſimiliter diabolus facit ſuos malos ignaros:vt nabuzar/
dan pꝛincipem cocoꝛum:id eſt luxurioſum ⁊ guloſum:qui ig/
noꝛantes ſunt:quia foꝛnicatio ⁊ vinũ auferũt coꝛ:vt dꝛ Oſee
iiij.c. Sic ⁊ nabuchodonoſoꝛ q̃ diabolũ ſignificat/holofernẽ:
qui interpꝛetatur infirmans vitulum: vt patet Judith. ij.a.
Sic pꝛęlati mali ſunt qui omnia deuoꝛant: De quibꝰ Amos
vi.b. Qui comeditis agnũ de grege et vitulos de medio ar/
menti. e ¶ Et tranſfiguratꝰ ẽ ⁊c̃. Volunt dicere quidã
ꝙ dñs oĩs dotes ab initio accępit: In natiuitate ſubtilita/
tem:quia exiuit clauſo vtero. Unde Matth.j.d. Ecce virgo
concipiet in vtero ⁊ pariet filium ⁊c̃. Agilitatẽ: quando am/
bulauit ſupꝛa mare: vt Matth.xiiij.c. Claritatẽ in tranſfigu/
ratione: vt hic: et.ſ. Matth.xvij.a. Luc.ix.d. Impaſſibi/
litatem in cęna. Dixerunt enim quidam/ꝙ chꝛiſtus naturali/
ter fuit impaſſibilis ⁊ immoꝛtalis ⁊ ſplendens: qđ hic oſten/
dit/vtcũqꝫ factum eſt. Alij dicunt ꝙ ſplendoꝛ iſte fuit in aere
circumfuſo. Alij ꝙ in coꝛpoꝛe ſuo moꝛtali facto. Unde Hie/
roꝰ in oꝛiginali. Tranſfiguratus ſaluatoꝛ non ſubſtantiã verę
carniſ amiſit:nec ae/
reum coꝛpus aſſum/
pſit: ſed gloꝛia crea/
turę ſuę verę reſurre
ctionis oſtendit. f
¶ Et veſtimẽta eiꝰ
facta ſunt ⁊c̃. Ve
ſtimenta dñi ſplen/
dentia/ſũt omẽs ele/

facta ſunt ſplendentia ⁊ can/
g dida nimis velut nix:qliã ful
h lo ſup terrã nõ põt candida
i k facere. Et apparuit illꝭ helias
cũ moyſe/⁊ erãt loquentes cũ

cti gloꝛificati :quibus in futuro quaſi veſtimẽto pulcherrimo
veſtieꝛ. Job.xl.a. In ſublime erigere ⁊ eſto glorioſus ⁊ ſpe/
cioſis induere veſtibꝰ. e ¶ Et trãſfiguratꝰ. Beda.in Glo.
Nõ verã ſubſtãtiã carnis amiſit/ſ gloꝛiã futurę ſuę vel noſtrę
reſurrectiõis oſtẽdit:et talis pꝰ iudiciũ cũctis apparebit ele/
ctis. In iudicio in foꝛma ſerui bonis et malis: vt impij quem
ſpꝛeuere iudęi quẽ negauere/milites quem crucifixere/pilatꝰ
et herodes quem iudicauere quęãt iudicem agnoſcere. Con/
tra. Matth.xxiiij.c. Ita erit ⁊ aduẽtꝰ filij hoĩs/ſecũdꝰ nõ in
humilitate vt pꝛimꝰ/ſed in gloꝛia dei manifeſtabitur. Item
Apoc.j.b. Videbunt in quem pupugerunt. Glo. Cum vi/
debunt iudęi chꝛiſtum regnantem ĩ ſua ⁊ patris claritate/do/
lebũt. Idem Augꝰ de trinitate.xiij. Ergo mali videbunt iu/
dicem in claritate in qua iudicabit:non ĩ humilitate in qua iu
dicatus eſt. Item Augꝰ ſuper iohannem. Cum foꝛma ſerui
clarificata iudicantem viderint boni ⁊ mali: tolletur impius
vt non videat dei claritatem. Itẽ Job.vj.c. Venerunt vſqꝫ
ad me. Glo. In iudicio mali ad bonos ꝑueniũt :qꝛ eoꝛũ glo/
riã videbũt vt grauius doleãt vidẽtes qđ ꝑdiderũt. Ergo ⁊
gloꝛiã chꝛiſti. Sol. In iudicio nõ apparebit ĩ foꝛma ſerui.i. vt
ſeruꝰ:q.ſ. vt male tractetur. g ¶ Qualia fullo. Job.xv.b.
Homo vt immaculatus ſit ⁊ vt iuſtus appareat natus de mu/
liere. Fullo: deꝰ/pꝛędicatoꝛ/perſecutoꝛ/qlibet iuſtꝰ. h ¶ Nõ
poteſt ⁊c̃. id eſt nõ decet eum. i ¶ Et apparuit illis he/
lias cum moyſe ⁊c̃. Tres loquunꝛ:moyſes/ helias/ieius:
id eſt lex/ pꝛophetia/ euangelium. Et tres audiũt:petrus/ia/
cobus ⁊ iohannes:id eſt/fides/ſpes/charitas. k ¶ Helias
Moꝛaliter: Per heliã qui vir piloſus erat/ ⁊ zona pellicea Moraliter
accinctus renibus.iiij. Reg.j.b. pęnitẽtes ſignificanꝛ. Per
moyſen autem qui de aqua ſumptus ẽ: vt Exo.ij.a. baptiza/
ti ſignificantur: ⁊ vtriqꝫ ſaluabunꝛ. De pęnitentibus/ Ezech.
xviij.c. Si impius egerit pęnitentiam de omnibus peccatis
quę operatus eſt/⁊ cuſtodierit mandata mea: omniũ iniquita
tum eius non recoꝛdaboꝛ. De baptizatis. ĩ. vlt.d. Qui credi ã.8.d.
derit ⁊ baptizatꝰ fuerit ⁊c̃. Chꝛyſ. Quia dixerat: Si qs vult
me ſequi tollat crucem ſuam: moyſen et heliam qui pꝛo plę/
be ſe tradiderãt in medium ducit. Etenim ad tyrãnos vterqꝫ
liberam pꝛęſentiam habuit:et pꝛo ingratis hominibꝰ:et vterqꝫ
idiota ⁊ vterqꝫ renuncians poſſeſſionibus. Itẽ quia turbę di/
cebant: alij heliam: alij iohannem baptiſtam: Matth.xvj.b.
Item vt appareat ſeruoꝛũ ⁊ domini differentia. Item quia
dicebant ipſum trãſgreſſoꝛẽ legis/ qſi inimicũ moyſi: ideo in/
ducitur quaſi amicus. Helias etiã zelatoꝛ fuit gloꝛię. Si ergo
nõ eſſet ęqualis deo: nõ obediſſet ſicut helias. Itẽ vt diſcant
quia moꝛtis ⁊ vitę habet poteſtatem: ideo moyſen moꝛtuum
et heliam viuum inducit. Item vt mitigaret gloꝛia crucꝭ ſcan
dalum in apoſtolis. Item quia volebat apoſtolos fieri man/
ſuetos ſm moyſen/⁊ zelantes ſm heliam. Item quia vterqꝫ
oꝛabat ꝓ peccatoꝛibꝰ. Moyſes: Numeri.xvj.a. Helias.iij.
Reg.xviij.a. Item qꝛ moyſes ⁊ helias ſignificãt omnes qui
regnaturi ſunt. Moyſes moꝛtuus ſignificat illos qui moꝛtui
reperientur: Helias viuus/illos qui viui inuenienꝛ. Item qꝛ
ſignificant duas generationes. Moyſes aquaticus pꝛimam
quę eſt in baptiſmo: Helias ſecundam quę erit in futuro: quã/
do omnes electi fulgebunt ſicut ſol: Matth.xiij.f. Item in h
docuit pꝛęlatos quales ſocios habere debeant: ſicut moyſes

a ieſu. Et reſpondens petrus/
b c ait ieſu: Rabbi/ bonū eſt nos
d hic eſſe: et faciamuſ tria taber
nacula: tibi vnū/ ⁊ moyſi vnū
e f et helię vnum: Non enim ſcie
g bat quid diceret. Erant enim
timore exterriti. Et facta ē nu
h bes obumbrans eos: et venit
i k vox dē nube dicens: Hic eſt
filius meus chariſſimus: au/
dite illum. Et ſtatim circum/
l ſpicientes/ neminem ampli/
us viderunt niſi ieſum tm̄ ſe/
m cum. Et deſcendentibus illiſ
n de mōte/ pręcepit illis ne cui
o quę vidiſſent narrarent/ ni/
p ſi cum filius hominis a mor/
q tuis reſurrexerit. Et verbum
r continuerunt apud ſe/ cōnq/
rentes quid eſſet/ cum a mor/
tuis reſurrexerit. Et interro/
s gabant eum/ dicentes: Quid
ergo dicunt phariſęi ⁊ ſcribę:
t quia heliam oportet venire
primum? Qui reſpondenſ ait
v illis: Helias cum venerit pri
x mo reſtituet omnia: ⁊ quomo
do ſcriptum eſt in filium ho/
minis vt multa patiatur ⁊ cō/
temnatur. Sed dico vobis:
quia ⁊ helias venit: ⁊ fecerūt
y illi quęcunq; voluerūt: ſicut
z ſcriptum eſt de eo. Et veni/
a ens ad diſcipulos ſuos/ vidit

☞ et helias. a Et rñdēs petr⁹/ ſtupefactus tanta claritate
effulſit petr⁹ loco ſtatu ędificio. b Ait. Chryſ. Caue ne req/
ras q̄ indiſcretus/ ſed q̄ ardens erat petrus qui audierat eū
moriturū in hieruſalem/ dixit: c Bonū eſt nos h̄ eſſe.
Non eñ audebat dicer. manifeſte: Propitius eſto tibi dñe.
Bonum. Bern.
Fęlix hora ſed bre/
uis mora. Numeri
xxxij. b. Ruben et
gad volunt remane/
re citra iordanem: ſ
moyſeſ reſpōdet eiſ:
Nunqd fratres vři
ibūt ad pugnā ⁊ voſ
ſedebitiſ i ocio contē/
platiōis? d Et fa/
ciam⁹ tria taber/
nacl'a. Tria taber/
nacl'a faciebat arri⁹/
tres grad⁹ ponēs in
trinitate. Unde pri/
us in eccleſia dicere/
tur: gloria patri/ glo/ B
ria filio/ gloria ſpiri/ Matth.17.b.
tuiſancto. Taber/
nacula. Hiero⁹.
Qui deo vult facere
tabernaculum/ pręſ/
paret ei penetralia
cordis ſui. Tria tabernacl'a ſt tres aię vireſ. Aug⁹. Quid dicſ
ſtulte petre: mūd⁹ perit ⁊ tu ſecretū q̄ris: vides tenebras mū/
di ⁊ tu lumē abſcōdis. Matth. v. b. Nemo accendit lucernā.
e Et helię vnū. Ecce largitas petri: Unam ſolā guttam
vini accęperat et tres tabernas volebat facere. Cantſ. ij. a.
Introduxit me rex in cellam vinariam ⁊ ordinauit in me cha/
ritatē. f Non enim ſciebat ⁊c̄. Matth. xx. c. Neſcitis
quid petatis. g Erant enim timore exterriti. Mat.
iij. d. nullus perterritus fuit quando vox audita ē: Et Ioh.
xij. e. quando tonitruum factum eē dicebant. Chryſ. Altitu/
do montis et ſolitudo et ſilentium et tranſfiguratio horrore
plena erant. h Et venit. Interliñ. Patris pro filio re/
ſpondentis. i Uox: q̄d ſignificat/ quia nunc videmus per
ſpeculum in ęnigmate: tunc autem facie ad faciem. j. Corſ.
xiij. d. Ut tunc poſſim⁹ vere dicere: Sicut audiuim⁹ ſic vidi
Pš.47. mus in ciuitate dñi virtutum in ciuitate dei noſtri. k De
nube. Nubes lucida ē gratia: q̄ mētē illuminat ⁊ refrigerat.
Luc. j. d. Uirt⁹ altiſſimi obūbrabit tibi. Hęc nubeſ obūbrat:
dū de⁹ loquit̄ intus in corde per inſpirationē: vel exterius in
corpore per flagellationē: vel in aure per prędicationē. De
prima dicitur Iob. iiij. c. Porro ad me factum eſt verbū ab/
ſconditum. De ſecunda. ij. Cor'. iiij. c. Mors operat̄ i nobis
⁊c̄. Et licet is qui deforis ē ⁊c̄. De tertia/ Cant'. ij. d. Sonet
vox tua i aurib⁹ meis ⁊c̄. l Nemīnē ampli⁹ viderūt
niſi ieſū tm̄ ſecū: q2 ipſe ſol⁹ ē de q̄ lex ⁊ ꝓphę vſq; ad iobā
nē: et q2 ipſe ē ſufficientia oīm. j. Corſ. xv. d. Eſt deus oīa in
omnib⁹. Et ne vox patris ad alterum illorū facta putaretur.
m Et deſcendentib⁹ illis. Pš. Aſcendūt montes ⁊ deſ
Pš.103. cendunt campi. Aſcendunt ad contemplationē: ⁊ poſtea deſ/
cēdūt ad p̄dicationē. n Pręcępit illis ne cui q̄ vidiſ/
ſēt narrarēt: Ne mole p̄dicatiōis altiſſimę grauarent̄: ne i/
credibile pre rei magnitudine videretur: ne apud rudes poſt
tantā gl'iaz crux ſequens ſcandalū generaret: vt exemplū hu/
militatis non quęrendi ꝓpriam gloriam daret: vt tempus p̄di
cationis quęrere doceret: vt arcana celanda iudicibus de/
monſtraret: vt non cito quęq; laudandū eſſe oſtenderet: et q2
diſcipuli nōdū tranſfigurati/ tranſfigurātiōis ratione p̄dicare
non debebant. j. Corſ. xv. f. Qualis cęleſtis: tales ⁊ cęleſtes.
Multiplex tranſfiguratio Eſt autem multiplex tranſfiguratio qua debent tranſfigurari
diſcipuli dñi anteq; ſint apti prędicare dñi tranſfigurationē.
Prima eſt in baptiſmo: vt de filijs irę transfigurentur in fili/
os gratię. Sap. xvj. d. Oīa tranſfigurata dūm nutrici gratię
tuę deſeruiebāt. Secūda eſt in cōfeſſione: vt de filijs diaboli
fiant filij dei. Phil'. iij. c. Configurati morti eius: ſi quo mo
do occurramus ad reſurrectionem quę eſt ex mortuis. Ter/
tia eſt in ꝓfectu doctrinę: vt de idiotis fiāt doctores. Mat.
iiij. d. Uenite poſt
me/ faciam vos fieri
piſcatores hominū.
Quarta eſt in contē
ptu terrenoꝝ: vbi de
ponitur onus ad be/
ne currēdum. Mat.
xix. d. Ecce nos reli
quimus omnia ⁊ ſe/
cuti ſum⁹ ⁊c. Et tūc
primo ſūt apti ad p̄/
dicandum tranſfigu
rationē dñi: quaſi fa
cti ipaſſibiles. Mo/ Moraliter
raliter. o Nar/
rarent. Eſt temp⁹
loquendi ⁊ tempus
tacendi: Eccs. iij. b.
Unde Daniel'. xij.
d. Clauſi ſūt ſermo/
nes ⁊ ſignati vſq; ad
tempus pręfinitum.
Tu daniel claude ſer Ibidem.b.
mōes: ſigna libꝝ ⁊c.
Moralit̄ inſtruit nos ne denudemus arcana. De talibus
Eccj. xxvij. c. Qui denudat arcana amici/ fidem pdit: ⁊ nō in/
ueniet amicū ad animū ſuū. Et. j. Denudare amici myſteria
deſpatio ē aię infęlicis. p Niſi cū fili⁹ hoīs a mortuiſ
reſurrexerit: Tunc eſt tēpus narrandi. Eccs. viij. a. Omni
negocio tempus eſt ⁊ oportunitas. Eccj. xj. a. Non laudes
quęq; in ſpecie ſua neq; ſpernaſ pauperē in viſu ſuo. q Et
verbū ↄtinuerūt ⁊c̄. nemini dicētes. r Conquirentes
q̄d eſſet/ hoc. ſ. s Quid ḡ dicūt phariſęi ⁊ ſcribę:
legiſdoctores. t Quia heliam oportet venire. Glo.
Tradunt ſcribę et phariſęi ſm̄ Malachiam. vltſ. q̄ heli/
as veniat ante aduentum chriſti ſaluatoris/ et reducat corda
patrum ad filios ⁊ filiorum ad patres: ⁊ reſtituat oīa in anti/
quū ſtatum. Ęſtimabant ergo diſcipuli hanc aduentus glori/
am eſſe quā viderunt in monte. De hoc dicit Aug⁹. xx. de ci/ Ca.19.
uitate dei. Sic cor patꝝ ↄuertet̄ ad filios/ cū itelligētia patꝝ
pducet̄ ad intelligentiā filioꝝ: ⁊ cor filiorū ad patres eorum/
dum in id quod ſenſerunt illi conſentiant et iſti. Malach.
vltſ. b. Ecce ego mittam vobis heliam prophetam anteq; ve
niat dies dñi magnus ⁊ horribilis. Semꝑ occidit paruulos
inuidia/ et magnos percutiunt fulgura

Paruulos:
- Pauperes: Uermis pauperū inuidia.
- Puſillanimes.
- Humiles ſpiritu: quibus inuidēt mali.
- Hęreticos

Magnos.:
- Diuites
- Superbos
- Hęreticos
- Pręlatos

Fulgura.:
- Ignis inuidię
- Terribilis iudicis ſententia
- Altitudo ſacrę ſcripturę
- Faſt⁹ ⁊ arrogātia hęreticoꝝ. v Helias cū

venerit. Eccj. xlviij. b. Qui rapt⁹ i turbīe ignis i curru eqꝝ
igneoꝝ: q̄ inſcript⁹ ē in iudicijs lenire iracundiā dñi ⁊ ↄciliare
cor pr̄is ad filiū ⁊ reſtituere tribus iacob. x Et quō ſcri/
ptū eſt in filiū. i. de filio. Uel/ In filiū. i. ↄ filiū. y Sic
ſcriptū eſt de eo. Chryſ. A paſſiōe iobānis regnauit vſq;
ad paſſionem ſuā/ exemplo mitigans eos. z Et veniens:
de monte. a Ad diſcipulos ſuos: qui non interfuerūt
tranſfigurationi. Nō eñi omnes ſecum duxit dñs: Exēplū q̄
☞ nō oīb⁹ reuelāda

turbam magnam circa eos:
a b et ſcribas ꝯq̄rentes cum illis.
Et confeſtim omnis populus
c videns ieſum ſtupefactus eſt
d et expauerunt: ⁊ accurrentes
ſalutabant eum. Et interroga
uit eos: Quid inter vos con/
quiritis? Et reſpondens vnus
e de turba/dixit: Magiſter at/
f tuli filium meum ad te haben
tem ſpiritum mutum: qui vbi/
g cunq̄ eum apprehenderit/al/
h lidit illum et ſpumat ⁊ ſtridet
i k dentibus et areſcit. Et dixi di
l ſcipulis tuis vt eijcerent illū
m et non potuerūt. Qui reſpon
dēs eis/ dixit: O generatio i/
credula/quādiu apud vos ero?
n quādiu vos patiar? Afferte il/
lum ad me. Et attulerunt eū.
o Et cum vidiſſet eum/ ſtatim
ſpiritus conturbauit eum: et
p q eliſus in terra volutabatur ſpu
r mans. Et interrogauit pa/
trem eius: Quantum tempo/
ris eſt ex quo ei hoc accidit?
s At ille ait: Ab infantia. Et
t frequenter eum in ignem ⁊ in
v x aquā miſit/ vt eum perderet.
y z Sed ſi quid potes/adiuua nos
miſertus noſtri. Jeſus autem
a ait illi: Si potes credere/om/
b nia poſſibilia ſunt credenti.
c Et continuo exclamans pa/
d ter pueri cum lachrymis/aie/
e bat. Credo dn̄e/adiuua incre
dulitatem meam. Et cum vi/
diſſet ieſus concurrentē turbā

q̄ nō oībꝰ reuelanda ſūt ſecreta. Eccī.vj.a. Multi pacifici ſint tibi: ⁊ ꝯſiliariꝰ tibi ſit vnꝰ ex mille. b Cū illis: cū diſcipl'is: quos malos reputabant: quia lunaticū nō poterāt ſanare. a Conq̄rētes.i. diſputātes. Glo. Quid cōquirerēt euāgeliſta nō dicit: ſed poteſt intelligi de hoc queſtionē motā fuiſſe/ q̄re diſcipl'i demoniacū qui i medio erat nō poſſēt liberare: Hoc eni ex ſequētibꝰ pōt cōijci. c Stupefactus: q̄ſi ſtultus. d Et expauerunt: quaſi ſerui timore non charitate. e Magiſter attuli ⁊c. q̄ſi per ſe non poterat venire vel ire. f Habētem ſpm̄ mutū: vnde nō pōt clamare: et ſignificat pctōrem/ q̄ mutꝰ ē a laude dei. Eccī.xv.c. Nō eſt ſpecioſa laus i ore pctōris. Et dic Matthꝰ.xvij.c. q̄ erat lunaticꝰ.i. mutabilis. Eccī.xxvij.b. Stultꝰ vt luna mutatur. Creſcente luna/ creſcit mare: Talem q2 ideſēſū apphēdit diabolus ſpū ſuggeſtiōis ⁊ delectatiōis. Prouerb.vij.c. Apphenſū deoſculatur iuuenē. g Allidit illū/ ꝑ ꝯſenſū ⁊ opꝰ. Eſa.xiij.c. Infātes eoꝝ allidentur in oculis eoꝝ. h Et ſpumat/ ꝑ pcti iactātiā. Jude.j.d. Deſpumātes ſuas ꝯfuſiōes. i Et ſtridet dētibꝰ/ ꝑ ipatiētiā ⁊ irā. Act.vij.g. Diſſecabantur cordibꝰ ſuis ⁊ ſtridebāt dentibꝰ in eū. k Et areſcit/ ꝑ obſtinationē et ſimulationem. Eccī.xxxvij.a. O ꝓſūptio nequiſſima vnde creata es cooꝑire aridam malicia ⁊ doloſitate illiꝰ. Hec ē mala ariditas.ſ. ab humore gratie. Vñ Naū.j.a. Increpans mare ⁊ exiccās illud ⁊ oīa flumina ad deſertū deducēs. Eſt ⁊ alia ariditas bona ab humore pcti. Luc.xj.c. Ambulās ꝑ loca inaq̄ſa q̄rit requiē ⁊ nō iuenit. Vel ꝑ hec q̄ttuor/ ſignificantur q̄ttuor genera pctōꝝ/ q̄bꝰ totꝰ mūdꝰ imergitur. Per alliſionē ambitio. Jō eñ diabolꝰ eleuat pctōrē vt grauiꝰ ruat ſic ipſe. Pſ. A facie ire indignatiōis tue: q2 eleuans alliſiſti me. Job.xxiiij.d. Eleuati ſūt ad modicū ⁊ non ſubſiſtēt ⁊ humiliabuntur ſicut oīa. Job.xxx.c. Eleuaſti me et q̄ſi ſuꝑ ventū ponēs eliſiſti me. Per ſpumā ſignificatur luxuria. Hieroꝰ. Venter mero eſtuās cito deſpumat i libidinē. Oſee x.c. Trāſire fecit ſamaria regē ſuum quaſi ſpumā ſuꝑ faciem aque. Per ſtridorem/ inuidia. Pſ. Obſeruabit pctōr iuſtum et ſtridebit. Per areſcētiā/ auaricia. Johel.j.c. Omnia ligna agri aruerūt: qm̄ ꝯfuſū eſt gaudiū a filijs hoim. h Spumat. Et de hac ſpuma Sap.v.c. Tranſierūt tanq̄ ſpuma gracilis q̄ a ꝓcella diſpergitur. l Ut eijcerēt illū ⁊ non potuerūt. Cōtra. Luc.ix.a. Dedit illis ptātē ſuꝑ oīa demonia. Sol. In eis q̄ digni erāt vel nō indigni curari: infidelitas aūt potētū fuit impedimētū curādi. Vñ ſubdit: Luc.ix.e. O generatio infidelis. Itē modicitas fidei apl'oꝝ. Unde Matth.xvij.c. Si habueritis fidē. Itē difficultas morbi. Vñ hic ſubdit: Hoc genꝰ demonioꝝ nō eijcitur niſi ꝑ orōnē ⁊ ieiuniū. Itē culpa ſanādi. Vñ Glo. Puerū nō demonē: vt oſtendat illū demoni traditū ꝓpter pctm̄ ſuū vel parētū. Itē violenta diaboli vexatio. Vñ ſuꝑ Lucā.ix.e. Nō puer vim patiēs ſ3 diabolꝰ vim inferēs ⁊c. Eedē ſūt cauſe icrepatiōis dn̄i. m Et nō potuerūt: q2 iterfuerūt tranſfiguratiōi. n Quādiu vos patiar. Eſa.xlvj.b. Uſq̄ ad ſenectā ego ipſe ⁊ vſq̄ ad canos ego portabo. Roma.ij.a. An ignoras q̄m benignitas dei ad pnītētiā te adducit. Eſa.j.d. Laboraui ſuſtinens. Et xliij.d. Prebuiſti mihi laborē in iniq̄tatibꝰ tuis. Job.xxxiij. Oculi eius ſuꝑ vias dn̄i. Sed cū dn̄s ſciat q̄ iſti reprobi peiores efficientur: quare tantū expectat? Sol. Eccs.viij.c. Pctōr ex eo q̄ cēties facit malū ⁊ ꝑ patiētiā ſuſtētatur: ego cognoui q̄ erit bonū timētibus deum. o Statim ſpūs ꝯturbauit eū. Glo. Quia dum poſt pctm̄ ad deū cōuerti volumꝰ/ magis a diabolo impugnamur/ vt vel excutiat virtutes vel vindicet ſuā expulſionē. De impugnatiōe diaboli dr̄ Job.iij.b. Qui parati ſunt ſuſcitare leuiathā.ſ. iuſti. Glo. In alijs quos ſecure poſſidet dormit. Itē Job.xl.c. Sub vmbra dormit. Glo. Illos inquietare negligit/ quos iure quieto poſſidere ſe cernit. Eccī.ij.a. Fili accedēs ad ſeruiturē dei. Matth.xij.d. Cū imūdus ſpūs. Glo. Cū aīa verbo dei ſe ſociat patitur inimicos ſtatim q̄s añ habuerat amicos. Joſue.x.a. Audito q̄ gabaonite cōfederati eēnt cū ioſue/ inſurgūt ꝯ eos oēs reges amorreoꝝ. Cōtra Joh.xvj.g. In mūdo pſſuras/ in me aūt pacē habebitis. Sol. Juſti plures habēt tēptationes exteriores/ ſ3 pauciores intus: vel ſi habēt vincūt ſpei fortitudie ⁊ pmij ꝯſideratiōe. Itē.ij. Timoth.iij.d. Oēs qui pie volūt viuere i chriſto ieſu pſecutionē patientur. Et dic auctoritas. Pharao ꝯtēptꝰ ſurgit i ſcādala. Hieroꝰ. Appropiquātes ad ſalutē diſcerpit diabolus/ q̄s in ventrē ſuū velut eſcā ſibi dilectā trahere deſiderat ꝑ terrores ⁊ damna. Abacuk.j.d. Incraſſata ē ꝑs eiꝰ ⁊ cibꝰ eiꝰ electꝰ. Job.xl.c. Abſorbebit fluuiū. p Et eliſus/ in ſenſibꝰ. Naū.iij.c. Paruuli eiꝰ eliſi ſūt i capite oim viarū. q Volutabatur ſpumās: temptatione carnis.ij. Pet.ij.d. Sus lota i volutabro luti. s Ab infantia. Mala q̄ neſcit de deo fari lacte illecebraꝝ allidit/ magna ꝯtemnit/ inutilia ⁊ nociua elidit. Prouerb.j.c. Uſq̄q̄ paruuli diligitis infantiā ⁊ ſtulti ea q̄ ſibi ſūt noxia cupiēt? r Et iterrogauit ⁊c. Nō q2 ignorās interrogat/ ſ3 vt diuturnitas ifirmitatis curationē gratiorē faciat. s Ab infantia. Pſ. Et i pctīs meis ꝯcepit me mater mea. Eph.ij.a. Eramꝰ natura filij ire. t In ignē: horroris/ ire vel libidinis. De q̄ Job.xxxj.b. Ignis vſq̄ ad ꝯſumptionē ⁊c. x Ut eū ꝑderet. Prouerb.vj.d. Qui adulter ē ꝓpter cordis inopiam perdet aiam ſuā. y Sz ſi q̄d potes. Mat.viij.a. leproſus dixit: Si vis potes me mundare. Et iō dn̄s dixit: Volo: mūdare. Iſte dic: Si potes: Jō rn̄det ei: Si potes credere. q.d. et tu poteris curari ſi credideris. z Adiuua nos. Eccī.xxxiiij.c. Adiutoriū caſus exaltās aiam. v Et i aquā/ cupiditatis. De q̄ Pſ. Saluū me fac ⁊c. a Omnia poſſibilia ſūt credēti: que in noīe ieſu poſtulant: que ad ſalutē ꝑtinēt. Mat.xxj.c. Si habueritis fidē ⁊ nō heſitaueritis/ non ſolū de ficulnea facietis: ſed etſi dixeritis monti: id eſt diabolo/ dicit Glo. tolle te ⁊ mitte te in mare/ et fiet. b Credenti.j. Joh.v.a. Hec ē victoria ⁊c. c Et ꝯtinuo exclamās ⁊c. Tob.iij.b. In orōne pſiſtēs/ cū lachrymis depcabatur deum. Glo. Oratio vngit/ lachryma pūgit. Oſee.xij.a. Inualuit iacob ad angelum ⁊ ꝯfortatus eſt: fleuit ⁊ rogauit eum ⁊ in bethel inuenit eum. d Cum lachrymis aiebat. Vñ dicere poteſt: Exaudiuit dn̄s vocem fletꝰ mei. e Credo dn̄e adiuua ⁊c. Credebat ⁊ in cōparatiōe fidei cōſūmate incredulū ſe dicebat,

Marginal notes (left): L · .teñ · Matth.17.c. Luc.9.c. · Matth.17.c. Luc.9.c. · Pſ.101. · Pſ.36.
Marginal notes (right): B · Pſ.50. · Pſ.68. · Pſ.6.

S dulū ſe dicebat. a Cōminat⁹ ē ꝛc. Ecce ad vnā cōmina-
tionē dn̄i diabol⁹ obedit: nos nec ad mltas. Eſa. xxx. g. Ter-
rorē brachij ſui oſtēdet i cōminatione furoris: a voce eni dn̄i
pauebit aſſur. b Surde ꝛc. ab effectu: qꝛ hec ē tota intē-
tio diaboli/ vt hoī auditū verbū dei ꝛ ꝯfeſſiōis loq̄lā auferat.

maior eſſet. Beda. Hinc orta videt diſputatio: qꝛ viderāt
petrū ꝛ iacobū ꝛ iohānē ſeorſū ductos i montē ꝛ aliqd ſecre-
tū ibi creditū eē eis. v Siqdē i via int ſe diſputaue-
rāt. Eccs. vj. d. Uerba plurima ſūt multā in diſputādo va-
nitatē habētia. Luce. ix. f. Intrauit cogitatio coꝛ eorū/ quis

c Ego tibi pre-
cipio: Cuius pre-
cipere ē facere: q̄ dn̄s
fecit exitū illū: ſ il-
le exit⁹ fuit pctm̄: q̄
fecit pctm̄. d Et
ampli⁹ ne intro-
Moraliter eas. Moraliter
formā pn̄itendi dat
nobis. ſ. propoſitū
nunq̄ poſtea peccā-
di. e Diſcerpēs
eū. Idē. ſ. j. c. f
Matth. 17. d Mortu⁹ ē/ mūdo.
Col. iij. a. Mortui
eſtis mundo ꝛ vita
vra ꝛc. g Jeſus
aūt tenēs manū
ꝛc. Quē nō poterāt
E curare diſcipli ſalua
tor curauit: qꝛ vtro-
rūq̄ icredulitas ipe
diuit ſalutē. h Ele
uauit eū. Zach. ix.

a cōminat⁹ ē ſpūi imūdo/ dicēs
b c illi: Surde ꝛ mute ſpūs/ ego
d tibi pcipio/ exi ab eo: ꝛ ampli⁹
ne introeas in eum. Et cla-
e mās ꝛ multū diſcerpēs eū/ ex
ijt ab eo ꝛ fact⁹ ē ſicut mortuus
f ita vt multi dicerēt qꝛ mortu⁹
g eſt. Jeſus aūt tenēs manū ei⁹
h eleuauit eū/ ꝛ ſurrexit. Et cū
introiſſet i domū/ diſcipuli ei⁹
ſecreto iterrogabāt eū: Qua-
re nos nō potuim⁹ eijcere eū?
i Et dixit illis: Hoc gen⁹ i nul
k l lo pōt exire/ niſi i orōne ꝛ ieiu
m nio. Et inde pfecti ptergre-
n diebant galileā/ nec volebat
quenq̄ ſcire. Docebat autē

diſcipulos ſuos ꝛ dicebat ill':
qm̄ fili⁹ hoīs tradet in manus
o hoīm: ꝛ occidēt eū/ ꝛ occiſus
p q tertia die reſurget. At illi igno-
rabāt vbū: ꝛ timebāt eū iter-
r rogare. Et venerūt caphar-
naū. Qui cū domi eſſet interro-
s t gabat eos: Quid i via tracta
batis? At illi tacebāt. Siqdē
v x i via int ſe diſputauerāt/ quis
y eorū maior eſſet. Et reſidens
vocauit duodecim/ ꝛ ait illis:
z a Si q̄s vult pm⁹ eſſe/ erit oīm
b nouiſſim⁹/ ꝛ oīm miniſter. Et ac
c d e cipiēs puerū ſtatuit eū in me-
f dio eorū. Quē cū cōplex⁹ eēt/
g ait illis: Quiſq̄s vnū ex hmōi

eorū eēt maior. Mar
cus hic: Diſputaue-
rāt. Luc. xxij. c. Fa Matth. 17. d.
cta eſt ꝯtētio int ip- Luc. 9. e.
ſos q̄s eorū eſſe vi- ſ. 8. d. e.
deretur maior. Ps. j. 10. c.
Orta eſt contentio † Ps. 106.
inter pncipes et erra
re fecit eos in inuio et
nō i via. Mat. xviij
a: In illa hora acceſ
ſerūt diſcipuli ad ie-
ſū dicētes: Quis pu- Matth. 18. a.
tas maior ē in regno Luc. 9. f.
celoꝝ. Chryſ. Paſſi
ſūt aliqd hūanū diſ
cipuli. i. iuidiā. Hie- Matth. 20. d.
ro⁹ dic. In illa hora Matth. 18. a.
qn̄. ſ. phonorat⁹ erat Luc. 9. f.
hic: id eſt petrus. y
Et reſidens ꝛc.
Prouer. xx. b. Rex
q̄ ſedet in ſolio ſuo i-
tuitu ſuo diſſipat oē

a. Lapides ſcti eleuabūt ſup trā. g Jeſus aūt tenēs. Hoc
morale ē: qꝛ p⁹ excludit dn̄s diabolū: poſtmodū tenet manū.
Pri⁹ eni a pctō deſcēdit ꝛ p⁹ orit lux: qd ſignificatū fuit Gen.
xxxviij. g. Primo nat⁹ ē phares. i. diuiſio: p⁹ zara. i. oriens.
Ps. Tenuiſti manū dexterā meā ꝛc. i Hoc gen⁹ i nullo
Ps. 72. pōt exire. Sꝫ q̄ro: aut h̄ itelligat de exitu culpe vl' pene. Si
de exitu culpe: h̄ falſū ē: qꝛ ſola grā expellit culpā. Si de exi-
tu pene: h̄ falſū eſt: qꝛ p ꝯtritionē pena delet: imo tāta pōt eē
ꝯtritio q̄ delet ꝛ culpa et pena. Dicit q̄. Nō pōt. i. vix pōt.
Et intelligit de exitu pene. k Niſi i orōne. Orō ē pi⁹ af-
fect⁹ mētis i deū p ſalute ꝛ his q̄ ad ſalutē ex nimietate ſui in
vocē minorē prūpēs. Jeiuniū ē abſtinētia a cibo ꝛ potu pro
ſalute aīe. Tob. iij. Sara in ieiunio ꝛ oratione meruit exaudi
ri vt demoniū aſmodeus a ſuis nuptijs amoueret. l Et ie
iunio. Chryſ. Si ieiunare nō potes/ nō laſciuire potes: nō
parū ē h̄ neq̄ multū diſtat a ieiunio. Nō illi demoni aliqd ita
amicū ē vt ē ebrietas ꝛ laſciuia: qꝛ magis oīm morboꝝ i ratio-
nalib⁹ irrōnabiliores ſūt ſufficiētie terminos excedētes. Aſin⁹
eni ꝛ equ⁹ terminū ſufficiētie nouit: ꝛ q̄uis cogat/ nō ſuſtinet
vltra bibere vel mādučare. Jumētis tuis caues vn̄ nō noceat
eis ſupfluitas cibi vel pot⁹: q̄re teipſū illis eſtimas viliorem?
m Et ide pfecti ꝛc. Ne dicāt q̄ de cauſa ꝯuerſamur hic:
continue dicit eis de paſſiōe ſua: qd audiētes diſcipuli neq̄ vi
debāt ieſū. n Nec volebat quēq̄ ſcire. Tūc docēs ali
qn̄ latere: aliqn̄ i publicū pdire. o Et occident eū ꝛc.
Glo. Hiero. Proſperis miſcet triſtia: vt cū venerint nō im p-
meditatis ferantur animis: Si contriſtat eos/ quia occidēdus
eſt: debet letificare/ quia die tertia reſurrecturus ē. Joh. xvj.
d. Triſticia veſtra vertetur in gaudium. Prouerb. xiiij. b.
Riſus dolore miſcebit. p Tertia die reſurget. Oſee.
vj. a. Die tertia ſuſcitabit nos. q At illi ignorabant
verbum. Beda. Quia per figuras ſepe loquebatur eis:
putabāt hoc figuratiue dictum. r Et venerūt caphar-
naū. Ad capharnaū ptinebat nazareth: i q̄ dn̄s fuit nutrit⁹:
vn̄ nazaren⁹ appellatur. s Quid i via. Prouer. xxv. b.
Cauſam tuā tracta cū amico tuo. Eccs. viij. d. Hec oīa trac
taui i corde meo. Eccj. ix. d. Cū prudētib⁹ tracta. t Trac-
tabatis. Glo. In via tractabāt de pncipatu: ſimilis tractatio
loco. Principat⁹ eni vt ingredit ſic deſerit: ꝛ dū tenet labit: ꝛ
incertū eſt in q̄ manſione. i. in qua die finiatur. Vn̄ dic: Qui
vult eſſe pm⁹. Eccs. vij. a. Quid neceſſe ē hoī maiora ſe q̄re-
re: cū ignoret quid ꝯducat ſibi in vita ſua. x Quis eorū

malū. z Si q̄s vult ꝛc. Ergo peccabāt: Quare q̄ nō arguit
eos vl' puate ſm regulā Mat. xviij. b. Si peccauerit i te frat
tuus ꝛc. Uel publice ſm illud. j. Timoth. v. d. Peccātē corā
oib⁹ argue. Sol. Sciebat plus pdeſſe eis doctrinā q̄ correc-
tionē. Vn̄ Matth. xx. d. ſup illud: Uocauit eos ad ſe ꝛc. ait
Glo. Humilis magiſter ꝛ pius ꝛ mitis nec immodice cupidi-
tatis arguit duos/ nec decem indignatiōis increpat ꝛ liuoris:
ſed conuenienti exemplo docet ꝛc. Beda. Rectorē ſubditis
ꝓbet pietas et pꝛem exhibet diſciplina. a Primus eſſe.
Bern. Eia nūc ſeq̄re ducē tuū: multiplica ꝓbēdas: accelera
ad archidiaconatū: ad epatū aſpira: paulatim aſcēdis/ ſ non
paulatim deſcēdis. Uidebā inq̄t dn̄s ſathanā tāq̄ fulgur de-
ſcēdērē de celo: Luc. x. c. b Erit oīm nouiſſim⁹. Eccj.
iij. c. Quāto magn⁹ es: humilia te i oīb⁹. Ex. xxxij. a. Recto-
rē te poſuerūt. c Et oīm miniſter. Numeri. viij. d. Erunt
leuite miniſtri fratrū ſuoꝝ i tabnaculo federis. Matth. xx. d. Fi
li⁹ hoīs nō venit miniſtrari ſ miniſtrare: Hic fercula grē: i futuro
fercula glorie. Luc. xij. c. Bti ſūt ſerui illi. d Et accipiēs
pueꝝ ſtatuit ꝛc. Quia vera humilitas ſtabilis ē ſic tra q̄ ē Ps. 103.
infimū elemētoꝝ ꝛ viliſſimū ꝛ tn̄ ſtabiliſſimū. Vn̄: Qui firma-
uit terrā ſup ſtabilitatē ei⁹ nō inclinabit in ſeculū ſeculi. Eccs.
j. a. Generatio pterit ꝛ generatio aduenit: terra aūt in eternum
ſtat: ſic humilitas cētꝝ ē virtutū. In medio aūt ſtatuit puerū
vl' qꝛ ſedes humilitatis ē i corde qd ē i medio. Vn̄ Matth. xj.
d. Diſcite a me ꝛc. Uel qꝛ humilitas centrū eſt oīm vtutū vt
terra elemētoꝝ: ſic dictū ē. Uel qꝛ oīb⁹ ſe ꝯformat quātū pōt
ſine pctō. Vn̄ ſic ſtetit ieſus i medio diſcipuloꝝ: Joh. xx. c.
Sic paulus i medio ſubditoꝝ. j. Theſſal. ij. b. Facti ſum⁹ ſic
puuli i medio vrm̄. e Puerū: etate ꝛ inocētie puritate et
cordis humilitate: q̄ dr̄ fuiſſe marcialis. Hūc ſtatuit i medio:
id eſt in exemplum apoſtolis propoſuit. Uel Puerum:
id eſt ſeipſum ſtatuit i medio: id eſt poſuit ſe in exemplum di-
cens: Matth. xx. d. Filius hominis non venit miniſtrari ſed
miniſtrare. Joh. xiij. b. Exemplum dedi vobis ꝛc. Matth.
xj. d. Diſcite a me ꝛc. Ul' Puerū/ ſtatuit i medio. i. ſpm̄ ſcm̄
puritatis auctorē poſuit i corde eorū vt humilitate ſupbiā cō-
mutarēt. f Quē cū cōplex⁹ eēt. Beda. Significās hūiles
dignos ſuo cōplexu ꝛ familiaritate. Pueri eni cū pueris libēt
ſūt ꝛ ludūt. Seneca. Pueri hos amāt cū qb⁹ ludere ꝯſueuerūt:
Si pſonatos videāt expaueſcūt. Eccj. xiij. c. Oīs hō ſibi ſili Decē et octo
ſociabit. g Quiſq̄s vnū ex hmōi pueris ꝛc. q̄ mibi ſūt q̄ bonis pue
ſimiles i innocētia ꝛ hūilitate. Sūt aūt decē ꝛ octo q̄ bonis conueniunt
ſ puerīs ꝯueniūt

¶ pueris ꝯueniūt ⁊ chriſto aſſimilāt. Primū eſt: qꝛ innocentes
ſunt. Secundū: qꝛ paruo contenti ſunt. Tertiū: qꝛ in pulue/
re ſedent. Quartum: quia motus carnis nō ſentiūt. Quintū:
qꝛ largi ſūt etiā canibꝰ. Sextū: quia obediūt parētibus. Se/
ptimū: qꝛ amāt ſe mutuo. Octauū: qꝛ nō ꝯfidūt i ſe. Nonū:
qꝛ clamorē de iniu/
rijs ſibi factiſ ab aliiſ
referūt ad parētes.
Decimū: qꝛ nō ſunt
ſolliciti de aliq̄. Un/
decimū: qꝛ cito ⁊ de
modico placantur.
F Duodecimū: qꝛ ho/
Luc.9.f. mines ꝑſonatos ex/
pauēſcūt ⁊ fugiunt.
Tertiumdecimū: qꝛ
verecūdi ſūt. Quar/
Luc.12.a. tūdecimū: qꝛ ꝑaces
ſt. Quītūdecimū: qꝛ
iculti ſt. Sextūdeci/
mū: qꝛ ſimplices ſūt
et ſine dolo. Deci/
mūſeptimū: qꝛ libē/
ter plorāt ⁊ libenter
ridēt. Decimūoctauum: qꝛ plorādo naſcunt̄. De p̄mo dꝛ. j.
Corſ. xiiij. d. Malicia paruuli eſtote nō ſenſu. De ſcd̄o: Eccī
xxix. d. Initiū vite hoīs aq̄ ⁊ panis ⁊ veſtimētū ⁊ domꝰ ꝓte
gēs turpitudinē. j. Timoth. vj. b. Habētes alimenta ⁊c̄. De
tertio: Eſa. xlvij. a. Deſcende ſede in puluere virgo filia baby/
lon. De quarto dicitur: Caſtitas facit approximare deo. Et
Sap. vj. c. Cuſtodia legū ꝯſummatio incorruptionis eſt: in/
corruptio aūt facit eſſe ꝓximū deo. De q̄nto dicit̄ Prouer.
xxij. b. Uictoriā ⁊ honorē acq̄ret q̄ libent̄ dat munera. ꝫ. vij.
d. Catelli edūt de micis puerorū. De ſexto dꝛ Eccī. iij. a. Fi
lij ſapie eccl̄ia iuſtorum: ⁊ natio illoꝝ obediētia ⁊ dilectio. j.
Pet. j. c. Quaſi filij obediētie nō ꝯfigurari p̄oribꝰ ⁊c̄. De ſe/
ptimo dꝛ Eccī. xiij. c. Oē aīal diligit ſile ſibi. De octauo dꝛ
Hiere. xvij. c. Maledictꝰ hō q̄ ꝯfidit in hoīe: ⁊ ponit carnem
Ps.119. brachiū ſuū. De nono dꝛ i Ps. Ad dn̄m cū tribularer clama/
ui ⁊c̄. De decio dꝛ Mat. vj. d. Nolite ſolliciti eſſe dicētes: q̄d
mādȗcabimꝰ aut q̄d bibemꝰ/ aut q̄ opiemur. De vndecio dꝛ
Eph. iiij. f. Sol nō occidat ſuꝑ iracūdiā veſtrā. De duodeci/
mo dic̄ Sen̄. Pueri hos amāt cū q̄bꝰ ludere ꝯſueuerūt: ſi ꝑ/
ſonatos videāt expaueſcūt. Et Eccī. ix. c. Lōge eſto ab hoīe
poteſtatē occidēdi habēte/ et nō ſuſpicaberis timorē mortis.
De tertiodecimo dic̄ Sen̄. Uerecūdia bonū ē in adoleſcēte ſi
gnū. Et aliꝰ phs: cū vidiſſet iuuenē exeuntē de lupanari/ eru/
buiſſe ad ipſū/ dixit: Erubuit/ ſalua res ē. Eccī. vij. c. Uerecū
die illius ſuꝑ aurū. De quartodecimo dicit̄ Eph. iiij. f. De/
ponentes mendaciū/ vnuſq̄ſq; loq̄mini veritatē cum ꝓximo
ſuo. Hi ſunt quattuordecim anni pueritie. Alia que ſequunt̄
ꝑtinēt ad adoleſcētiā. De q̄ntodecimo dꝛ Eccī. xj. a. In ve/
ſtitu ne glorieris vnquā. De ſextodecimo dꝛ. j. Pet. ij. a. Si/
cut modo geniti infantes ſine dolo. Matth. x. b. Eſtote pru/
dentes ſicut ſerpētes. De decimoſeptimo dicit̄ Joh. xvj. d.
Amē amē dico vobis qꝛ plorabitis ⁊ flebitis vos: ſed triſticia
vr̄a vertet̄ in gaudiū. De decimooctauo dicitur Sap. vij. a.
Primā vocē ſimilē oībꝰ emiſi plorās. Suꝑaddit̄ et decimū/
nonū: qꝛ nō pudet eos mēdicare panē. De h̄ dꝛ Thren̄. iiij. a.
Paruuli petierūt panē. a ¶ Qui nō ſeq̄t̄ nos. i. nō imitat̄
moribꝰ ⁊ vita. Quō ḡ miraculū faciebat? Rn̄ſio. Propt̄ ſalu
tē alioꝝ ꝑmittit̄ et ſuā ꝯfuſionē. Matth. vij. c. Multi dicent
mihi i die illa/ dn̄e dn̄e: nōne i noīe tuo ꝓpheauimꝰ: ⁊ in noīe
tuo demonia eiecimꝰ: ⁊ in noīe tuo virtutes m̄ltas fecimꝰ? Et
tūc cōfitebor illis: quia nunq̄ȝ noui vos. Job. viij. d. Si ab/
ſorbuerit eū d̄ loco ſuo/ negabit eū ⁊ dicet: nō noui te. b ¶ No
lite prohibere eū. Prouerb. iij. d. Noli prohibere benefa
cere eum qui poteſt. c ¶ Et poſſit cito male loq̄. Cōtra
Antichriſtꝰ m̄lta miracula faciet i noīe eiꝰ/ ⁊ tn̄ mala de chri/
ſto dicet: vt dicit Amb. Rn̄ſio. Ipſe homo nō dicet ſed dia/
bolus quo repletus erit. Uel dic q̄ non faciet miracula in no/

pueris recepit i nomine meo/
me recipit: Et q̄cunq; me ſu/
ſceperit: non me ſuſcipit/ ſ; eū
q̄ me miſit. Rn̄dit illi iohan/
nes/ dicēs: Mgr̄ vidimꝰ quē/
dam i noīe tuo eijciētē demo/
a nia q̄ nō ſeq̄t̄ nos: ⁊ ꝓhibui
b mus eū. Jeſus aūt ait: Noli/
te ꝓhibere eū. Nemo ē enim q̄
c faciat v̄tutē i noīe meo/ ēt poſ
d ſit cito male loq̄ de me. Qui
eni nō eſt aduerſū vos: ꝓ vo/
e bis ē. Quiſq̄s ēni potū dede/

mine chriſti. d ¶ Qui eni nō eſt aduerſū vos. Cōtra.
Matth. xij. c. Qui nō eſt mecū/ ꝯtra me eſt. Sol. Augꝰ d̄ cō/
cordia euāgeliſtaꝝ. Inquantū eſt cū illo/ inquātū eſt aduer/
ſus illum/ non eſt intantum cum illo. e ¶ Quiſq̄s eni po/
tū dederit vobis calicē aq̄ ⁊c̄. Eſa. xxj. d. Occurrentes
ſitienti ferte aquam.
f ¶ Nō ꝑdet: quia
nullū bonū irremu/
neratū. g ¶ Mer/
cedē. Exemplū ha
bemꝰ. iij. Reg. xviij
a. Abdias quia pa/
uit cētū ꝓpheras dn̄i
tempe achab ⁊ ieza/
bel: hinc meruit ipi/
ritū ꝓphetie. Item
G abdemelech qꝛ libe/ Matth. 5. c. ⁊. 18. a.
rauit hieremiā/ libe/
ratꝰ eſt a chaldeis: ſi
cut dꝛ Hiere. xxxix.
Item Raab mere/ Eſa. 66. g.
trix/ qꝛ recepit nūci/
os ioſue ⁊ abſcōdit:
meruit recipi in po/
pulo dei: Joſue. ij. h ¶ Suam. Exemplum habemus. iij.
Reg. xvij. c. de muliere in ſarepta que bucella panis quam
dedit helie liberata eſt a periculo famis ⁊ filius eius. i
¶ Et quiſquis ſcandalizauerit ⁊c̄. Glo. Qꝛ q̄ȝ hoc gene/
rale ſit/ poteſt tn̄ ſ̄m conſequentiā ſermonis contra aploſ di/
ci: qui de primatu diſputabāt: et eos quos ad fidē vocabant
exēplo ſuo perdere poterāt. k ¶ Credētibꝰ i me: q̄ḋ iniquꝰ
q̄ȝ incredulū ſcandalizare. l ¶ Bonū eſt ei magis ſi cir
cūdaret̄ ⁊c̄. Hiero. Scd̄m morē ꝓuincie: Hec eni pena
maioꝝ criminū erat. Et reuera meliꝰ eſt innoxiū pena atrociſ/
ſima tꝑalit̄ finire vitā corꝑalē/ q̄ȝ ledēdo fratrē mortē aīe mere
ri ꝑpetuā. m ¶ Et ſi ſcādalizauerit te manꝰ tua. Oculꝰ
amicꝰ/ ꝯſiliariꝰ iter demonſtrās/ neceſſaria ꝓuidēs/ ſenſus mē
tis/ volūtas propria ⁊ propriū cōſilium/ vita contemplatiua
vel actiua/ cognati ſiue conſanguinei ſiue parentes.

Scādalizat { In hereſim vl' i pctā trahere volendo. / Illicita ꝯcupiſcendo vel cogitando. / In tedium vel arrogantiam vel triſticiam. / Uite ſanctitatem impediendo. }

Erue { Reprobando. / Contradicendo / Comminando. / Expellendo. } Proijce a te omnia ſeꝑando.

Chryſ. Dextera manus/ voluntas anime: ſiniſtra/ voluntas
corporis. Hec ꝟo corporea manus organum eſt manus illi/
us. Si dextera ſcandalizat: vt dicitur Matth. vj. a. Neſciat
ſiniſtra quid faciat dextera. Similit̄ de oculo. Uerbigratia.
Erat mulier religioſa: reſpexi ⁊ dixi: Debeo illā viſitare aſſi/
due/ vt inſtruam illam ⁊ confirmem i bono: Bonus ē iſte re/
ſpectus ⁊ oculus dexter eſt. Sed dū aſſidue viſito/ decidi in
laqueum deſiderij eius: et ille reſpectus dexter factus eſt mi/
hi in ſcandalum. Eijciam ergo illum bonū reſpectum qui ge/
neraturꝰ eſt malū. Item vidi orphanam/ dixi: educabo eam
donec veniat tēpꝰ nubēdi. Bona ēminiſtratio iſta ⁊ manus
dextera ē. Sed dū educo/ cōcupiſco ⁊ vertit̄ opꝰ in ſcandalū.
Eijciā ergo illā: oē em̄ opꝰ bonū q̄ḋ nos vel alios ſcandalizat
preſcindere debemꝰ. Nam quale eſt iſtud bonū ex quo naſci
tur malum? Si ſcandalizauerit te ⁊c̄. Glo. Quia ſupra
docuit ne ſcandalizemus eos qui credunt in eum: admonet
quantum debeamus eos cauere qui ſcandalizant. n ¶ Ab/
ſcide illam: Matth. v. c. o ¶ In ignem inextinguibi/
lē. Omnis ignis: qui in preſenti vita eſt abſumit cuncta que
recipit: Ignis vero eternus quos ſuſceperit ſemper cruciat ⁊
pene ſue integros ſeruat. Propterea enim et inextinguibilis
dicitur: non ſolum quia ipſe non extinguitur: ſed quia nec eos
quos ſuſceperit extinguet. Ignis ille ſicut naturam non con/
ſumēdi habet: ita nec illuminandi: ſed ē ignis obſcurus ⁊ flam
ma tenebroſa.

rit vobis calicē aq̄ frigide in
noīe meo/ qꝛ chriſti eſtiſ: amen
f g dico vobis nō ꝑdēt mercedē
h i ſuā. Et quiſq̄s ſcādalizauerit
k vnū ex hiſ puſillis credentibꝰ
l i me: bonū eſt ei magiſ ſi circū
daret̄ mola aſinaria collo eiꝰ ⁊
m i mare mitteret̄. Et ſi ſcādali/
n zauerit te manꝰ tua/ abſcide il
lam. Bonū eſt tibi debilem
introire in vitam: q̄ȝ duas ma
nus habentem ire in gehen/
o nam/ i ignē inextinguibilē:

ma tenebroſa. a Ubi vermis eoꝝ non morit. Cōſci
Al. t ſcua entia ſera. ſ. dolor iteri⁹ accuſās eos. b Et ignis/ pena exte/
rius ſeuiēs inconſūpta. c Nō extinguitur: Judith. xvj.
c. Dabit ignē ⁊ vermes i carnes eoꝝ vt vrātur ⁊ ſentiāt vſq; in
ſēpiternū. Eccj. vij. b. Uindicta carnis impij ignis ⁊ vermis.
Job. xxj. c. In pul/
uere dormiēt ⁊ ver/
mes opiēt eos. Eſa.
xiiij. c. Subt te ſter/
netur tinea ⁊ operi/
mētū tuū vmes. d
Et ſi pes ⁊c. Glo.
Amicus neceſſarius
cui⁹ tibi quotidian⁹
vſus ſeruit. Scan/
dalon grece/ offendi
culum vel ruina vel
impactio pedis. Uł
vt alij /ſcrupul⁹. Il/
Matth. 18. b. le ergo ſcādaliçat fra
trem: q ei dicto vł fa
cto occaſionem rui/
nę pbet. e Nō ex/

a vbi vermis eorum non mori/
b c tur: et ignis non extinguitur.
d Et ſi pes tuus te ſcandaliçat:
amputa illum. Bonum eſt
tibi claudū introire i vitā ęter
nā: q̄ duos pedes habentem
mitti in gehennā ignis inex/
tinguibilis: vbi vermis eoꝝ ñ
e morit: et ignis ñ extiguit: Q
f g ſi ocul⁹ tu⁹ ſcādaliçat te: ejice
eū. Bonū eſt tibi luſcū introi
re i regnū dei q̄ duos oculos

Eſa. 50. d. tinguitur/ pena inconſumpta. Unde propheta: Ambula/
te in lumine ignis veſtri ⁊ i flammis quas ſuccēdiſtis vobis.
f Q ſi oculus ⁊c. Thren. iij. f. Oculus me⁹ depredat⁹
eſt animam meam. Melior eſt vnus oculus aqlę q̄ duo ocu
li noctuę: ⁊ tñ volunt prelati magis habere ſecum oculos no/
ctuaꝝ quę non vident niſi in nocte: q̄ oculos aquilarū quę vi
dent ſolem in rota. Per aquilam ſignificat ſapiens in ſpūali/
bus: qui videt eſcam ſuam vltra mare. Job. xxxix. d. Nunqd
ad preceptum tuū eleuabitur aquila: ⁊ i arduis ponet nidum
ſuū: in petris manet in preruptis ſalicibus cōmorat: inde cō/
templat eſcā: de longe oculi ei⁹ proſpiciūt. Per noctuā q nō
videt niſi de nocte/ ſignificant ſapiētes huius mundi: qui de
ſpiritualibus nihil ſciunt/ ⁊ inde plus diliguntur. Luc. xvj. b.
Filij tenebrarum ſapientiores ſunt filijs lucis in generatione
ſua. Joh. iij. c. Magis dilexerūt homines tenebras q̄ lucē.
Q ſi oculus tuus ſcandaliçat te. Zach. xj. d. Gladi⁹
ſuper brachium eius ariditate ſiccabit: ⁊ oculus dexter eius
tenebreſcēs obſcurabitur. g Ejice eum. Eccj. ix. a. Uir/
ginē ne ꝯſpicias/ ne forte ſcādaliçeris i decore illi⁹. h Om/
nis eni ⁊c. Tertio mentionem fecit ignis ⁊ vermis/ oſten/
dit quomodo vtrunq; valeamus vitare. Omnis ⁊c. Dixi
q amputanda ſunt membra ſcandaliçātia: qđ eſt magna ſeue
ritas ⁊ aſperitas/ tñ neceſſaria eſt. Omnis enim ⁊c. i. om/
nis homo ad hoc q ſit hoſtia deo grata: k Sallietur: id
eſt per ſapientiā a vitijs conſeruabit amputando membrum
ſcandaliçans. i Igne ſallietur/ tribulatiōis. Eccj. xxvij.
a. Uaſa figuli probat fornax ⁊ homines iuſtos temptatio tri
bulatiōis. l Et ois victima ſale ſalliet. Matth. v. b. dī
de aplis: Uos eſtis ſal trę. Bis ponit ſal: vt notet q caro ſa/
le continentię/ ⁊ anima ſale ſapientię ſalliri debēt: ⁊ propt du/
plicem continentiam/ corporis. ſ. et animę: quā ſignificat byſ/
ſus retorta: Exo. xxvj. a.

Sal { Continētia: vt in illa Glo. Fetor.
Sapientia: vt in illa Glo. Mire.
Predicator: vt in illa Glo. Bonū eſt ⁊c.
Correptio: vt in illa Glo. Sal correctionis. }

Ignis { Gratia ſpiritusſancti: i illa Glo. Mire
Tribulatio.
Ignis purgatorius: vt Interliñ.
Abnegatio carnis/ amicorum. Glo. Mire ⁊c. }

Uictimam ſalſam diligit domin⁹. Unde Job. vj. a. An po/
terit comedi inſulſum qđ nō eſt ſale conditum: Caro mortua
ſallitur /aliter nō ſaluatur: ſic caro noſtra mortua eſt propter
peccatū: vt Roma. viij. b. debet ſalliri amaritudine pęniten/
tię ſale timoris. m Bonū eſt ſal. Ne diſcipuli declinarēt
effectum ſalliendi/ ⁊ ne viderentur immunes a pena: cōmen/
dat officium predicandi: poſt addit de diligēti cautela in hoc

adhibenda. ſ. in predicando vel adminiſtrādo. n Q ſi ſal
. i. predicator: fuerit iſulſū: vł euaneſcit ſm Matth. v. b.
cupiditate effluens / timore ſuccumbens/ errore ſubuerſus/ tri
bulatione victus vł territus/ proſperis elatus/ aduerſis de/
preſſus: ſal correctionis inſulſum ē/ q: ſine humiditate eſt.
Gal. vj. a. Fratres ſi
preoccupatus fuerit
⁊c. Sal ſapientię fit
inſulſum: quādo ni/
mis inueſtigat. Ro/
ma. xij. a. Non plus
ſape ⁊c. Sal ꝯtinē/
tię fit inſulſū: qñ nō
ꝑpter deū ſed propt Matth. 5. b.
mūdū ꝯtinet qs: vt Luc. 14. g.
fatuę virgines quę
aptatas lampades
habuerūt ſine oleo
charitatꝭ: Matth.
xxv. a. o In/
ſulſum fuerit ⁊c.
Quęſtus / amor/ ti/
mor mūdan⁹/ caro/
mūd⁹: quē ſal inſulſū faciūt ab amore repellūt. p Habete
in vobis ſal. Col. iiij. a. Sermo veſter i gr̄a ſale ſit cōdit⁹.
Sal terram facit ſterilem. Soph. ij. c. Siccitas ſpinarum et
acerui ſalis ⁊ deſertū vſq; in ęternū. Sal hęc duo deſignat
Gal. vlt. a. Fratres: ſi poccupat⁹ fuerit homo in aliquo de
licto: vos qui ſpūales eſtis hmōi iſtruite: h ad ſal ptinet: in ſpi
ritu lenitatis: hoc ad pacem: conſiderans teipſū ne et tu tem/
pteris. Uel ſal ⁊ pacem: id eſt ſcientiam ⁊ charitatem: ne ſcien
tia inflet ſi ſine charitate ſit. Scientia eni inflat/ charitas ędi/
ficat. j. Cor. viij. a. q Et pacem ⁊c. Eph. iiij. a. Solli/
citi ſeruare vnitatē ſpiritus in vinculo pacis ⁊c.

habentē mitti in gehennā ig/
nis: vbi vermis eorum nō mo
ritur ⁊ ignis non extinguitur.
h i Omis enim ignē ſallietur: et
k l ōmnis victima ſale ſallietur.
m n Bonū eſt ſal. Q ſi ſal inſul/
o ſum fuerit i quo illud condie/
p q tis: Habete i vobis ſal: et pa
cem habete int vos. Cap. X
r Et inde exurgens venit
s in fines iudeę vltra ior
t danē: et ꝯueniunt iteꝝ

A Matth. 19. a.

Et inde exurgēs ⁊c. Sal tria Expoſi. Ca. X.
facit: Carnes conſeruat a corruptione: ſaporem ſuū
condiendo cōmunicat: ⁊ terram ſterilem facit. Docet
g in hoc capitulo quomodo habeat ſal ſpirituale in tribus.
Unde hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima agit
de duplici caſtitate: cōiugali ⁊ virginali. In ſecūda de miſe/
ricordi temporalium diſtributione: ibi: Et cum ingreſſus
eſſet ⁊c. In tertia de humilitate ſuę paſſiōis: cui⁹ humilita/
tis vox eſt Luc. xvij. c. Serui inutiles ſumus. Hec pars in/
cipit hic: Et aſſumens ⁊c. Dicit ergo. r Et inde ex/
urgens: id eſt extra ſurgens. ſ. in aliquorum eruditionibus
et profectibus. Ps. Exurge dñe. Item. Tu exurgens miſe/ Ps. 43.
reberis ſion s Ultra ⁊c. Quia primo notus in iudea: ſed Ps. 101.
modo in iſrael magnum nomen eius. t Et conueniunt Ps. 75.
iterum turbę. j. Machab. iij. a. Judas nominat⁹ eſt vſq;
ad nouiſſimum terrę ⁊ congregauit parentes. In hoc docet
predicatores non ſemper in eodem loco ſtare: ſed diſcurrēdo
predicare vbicunq; proficere poſſunt. Luc. iiij. g. Detine/
bant eum ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait: Quia ⁊ alijs
ciuitatibus oportet me euangeliçare regnum dei: quia ideo
miſſus ſum. Prouerb. vj. a. Diſcurre/ feſtina ſuſcita amicum
tuum. Glo. ſic continuat. Hucuſq; ea quę in galilea fecit et
docuit: hinc narrat quę in iudea fecit et docuit et paſſus eſt.
Et primo quę trans iordanem ad orientem: deinde quę cis
iordanem/ quando venit hiericho et bethaniam et hieruſa/
lem.

Judea { Tota terra. Ps. Notus in iudea deus. Ps. 75.
Sors iudę tātū: vt. ij. Paral. xx. d. O iuda et hie/ruſalē.
Sors duaꝝ tribuū iudę ⁊ beniamin. Matth. ij. d. }
Audiēs aūt q archelaus regnaret in iudea. Sic ſumit hic.
Et conueniunt.

Quidam ſeqbant: { Ad vitę informationē: vt diſcipuli.
Ad morboꝝ curationē: vt infirmi.
Ad obſeruationem fidei: vt phariſei.
Ad corporalem refectionem: vt egeni.
Ad nouoꝝ miraculoꝝ ꝯſiderationē: vt curioſi: }

Et ſic cōſueuerāt.

a Et ſic cōſueuerat. Beati erāt illi. Pſ. Beat⁹ hō quē
Pſ.93. tu erudieris dn̄e: et de lege tua docueris eum. In bono di
cto occupatus fuerat/non in ocioſis vel malis. Unde Eph.
iiij.g. Ois ſermo mal⁹ de ore veſtro nō pcedat/ſ; ſi qs bon⁹ ē.
b Iterū docebat illos. Iob. xxvij.b. Docebo vos p ma
nū dei.q.d. docebo
p opera. c Et ac
cedētes phariſei.
Eccī.xiij.c. Ex mul
ta loquela tempta
bit te et ſubridens
interrogabit te de
abſconditis tuis ꝛc.
d Interrogabāt
temptantes eum:
Luc.14.a. ſicut dicit Mat
Math.5.c. the⁹.xix.a: et Mar
Mar.19.a. cus hic. Semp cum
bonis aliqui mali.
Iob.j.b. Quadam
die cum conueniſ
ſent filij dei vt aſſiſte
rent corā dn̄o affuit
inter eos et ſathan.
ch.2.d. Ioh.vj.g. Non
th.19.a. ne ego vos duodeci
ph.5.g. elegi ꝛ vnus ex vo
orl.6.d. bis diabolus eſt? e
Si licet viro vx
orem dimittere.
Hanc queſtionē ſe

a turbe ad eum: et ſicut conſue
b uerat iterū docebat illos. Et
c d accedentes phariſei interro
e gabant eū: Si licet viro vxo
rem dimittere: temptātes eū.
At ille reſpondens dixit eis.
Quid vob precepit moyſes?
f Qui dixerunt: Moyſes per
miſit libellum repudij ſcribe
re ꝛ dimittere. Quib⁹ reſpon
g dens ieſus/ait: Ad duritiam
h cordis vr̄i ſcripſit vobis pre
ceptum iſtud. Ab initio autē
i creature/maſculum ꝛ feminā
k fecit eos deus. Propter hoc
relinquet homo patrē ſuum
ꝛ matrem: ꝛ adherebit ad vxo
l rem ſuam: et erunt duo in car
m n ne vnā. Itaq; iam nō ſunt

pe faciunt noſtri phariſei: et ſoluunt eam ſic volunt: quando
.ſ. offertur pinguior prebenda vel parochia: tūc oportet po
ri dare libellum repudij: cui abſtulit florem virginitatis. Et
cum dicunt ſe hoc facere propter maiorem vtilitatem eccleſie
dei/ſepe faciunt propter cupiditatē ſui. Unde recte poteſt di
ci eis illud/ Daniel. xiij.f. Semen chanaan ꝛ non iuda: ſpeci
es decepit te. Eccī. vij.c. Noli diſcedere a muliere ſenſata et
bona quam ſortitus es in timore dei. j. Corī. vij.c. Alligatuſ
es vxori: noli querere ſolutionem. Prouerb. xix.b. Dom⁹ ꝛ
diuitie dantur a parentibus: a domino autem proprie vxor
prudens. Igitur quod deus coniunxit homo non ſeparet:
Matth. v.c. Qui dimiſerit vxorem ſuam facit eā mechari:
et q̄ dimiſſā duxerit mechat. f Moyſes pmiſit libellū
repudij. Deut. xxiiij.a. Si licet viro vxorē dimittere.
Glo. litteralis. Cornuto ſyllogiſmo tēptāt: ꝛ qc̄qd reſpōdeat
capere putāt. Si dic/dimitēdā ꝛ aliā ducēdam/pudicitie pre
dicator ſibi videt ɔtraire. Si dimittendam/reus ſacrilegij et
contra doctrinam moyſi: ꝛ per moyſen contra doctrinam dei
facere. Igitur ſic domin⁹ reſponſum temperauit vt tranſeat
decipulā/ſcripturam ſane intellectam in teſtimoniū adducēs
et naturalem legē primamq; dei ſententiam ſecūde legi com
ponens: que non voluntate dei/ſed peccantium neceſſitate cō
ceſſa eſt. g Ad duritiam cordis veſtri. Deut. xxxj.g.
Scio contentionem tuam ꝛ ceruicem tuam duriſſimam. Et
Exo. xxxij.c. Cerno ꝙ populus iſte dure ceruicis ſit. Act.
vij.f. Dura ceruice et incircumciſi cordibus et auribus: vos
ſemper ſpirituiſancto reſtitiſtis. h Scripſit vobis. Hec
repudiatio conceſſa a moyſe fuit concauſa repudiatiōis qua
dominus erat repudiaturus ſynagogam: De qua Eſa. l.a.
Quis eſt liber hic repudij matris veſtre quo dimiſi eam?
i Maſculum ꝛ feminā fecit eos. Modo maſculum
et feminam fecit eos: quia et vnus habet plures poteſtate.
k Propter hoc relinquet ꝛc.

